APOLOGETICUS TRACTATUS PRO IURIBUS ECCLESIAE. QUO PRO IURISDICTIONE, AC...

Carlo Maranta

APOLOGETICVS TRACTATVS PRO IVRIBVS ECCLESIAE

AVCTORE

CAROLO MARANTA V. I. D.

EPISCOPO IVVENACEN. &c.

APOLOGETICVS TRACTATVS PRO IVRIBVS ECCLESIAE.

Quo pro Iurisdictione, ac defensione Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ propugnaculum instituimus.

Et pro Ecclesia nostra Iuuenacen. contra eius oppugnatores octo Capitibus.

Inter quæ de Affidatis agitur Ecclesiæ S. Mariæ Iuuenacen. atque de vsurpatione Iurium & Iurisdictionum Ecclesiæ, necnon de Legatorum piorum cognitione: an promiscui illa sit fori; & num Tribunal Fabricæ S. Petri priuatiuè erectum sit aduersus Episcopos Locorum Ordinarios? Et quid in Regno Neapolitano? Nec non de decimis ex piscibus, diebus festis Vrbana Constitutione moderatis, Episcopis debitis, tribus aliis responsionibus distinctum.

AVCTORE

CAROLO MARANTA V. I. D.

EIVSDEM ECCLESIÆ IVVENACEN. EPISCOPO. Regio Consiliario.

Ac S. Officij Sanctiss. Vniuersalis, ac Generalis Inquisitionis de Vrbe contra hæreticam prauitatem in eodem Regno, mandato etiam SS. D. N. Vrbani Papæ VIII. ordinario Consultore.

ROMÆ, Apud Tres Pileas Aureas. M. DC.XLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Eminentiſſimo, Reuerendiſſimoq; PRINCIPI,
S. R. E. Cardinali

FRANCISCO BARBERINO

Eiuſdem S. R. E. Vice Cancellario.

CAROLVS MARANTA V. I. D.
Indigniſſimus Iuuenacenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

Humillimus, deditiſsimuſque Seruus, S.P.D.

PROPVGNACVLVM hoc Iurium, Immunitatum, Iuriſdictionum, atque libertatum Eccleſiæ, mundi huius lucem intuiturum, quod Tibi Sacrem (Princeps Eminentiſſime) non ab re factum eſt. Tu enim Propugnaculum es Eccleſiæ fortiſsimum. Vt fortiùs, itaq; aduerſus oppugnatores, Iudices terræ, illud procederet, ſub tuo

ful-

fulgentissimo Nomine instituendũ fuerat. Tua quippe luce victi, oculisque fulgore capti, cadent Aduersarij. Vel, quòd tuarum. Apum mellis suauitate dulcorati, barbariem omnem deponent. Quid enim oppugnabunt tam fortissimum propugnaculum aduersus? Vel cadent, vel in melius mutabuntur. Deinde, quod tuis cùm me deuiceris multimodis beneficijs, omnia mea, meque totum Tibi debeam. Tuus sum ergo, quod sum. Te igitur accipis, dùm me accipis. Non potest ergo Tibi non gratum esse, quod es. Accipe igitur, & Te accipis.

Impri-

Imprimatur ; si Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij videbitur.

A. Sacratus, Episcopus Comaclen. Vicesgerens.

Vidi, iubente Reuerendissimo Patre Michaele Mazzarino, Sacri Palatij Apostolici Magistro, *Tractatum Apologeticum*, quem Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Carolus Maranta Episcopus Iuuenacensis conscripsit pro defensione Iurium Ecclesiæ suæ Sponsæ, & in eo nihil, quod fidei, aut bonis moribus aduersetur, cognoui: Quin imò vigilantissimus Pastor pari doctrina, ac Religione ita Ecclesiasticam Immunitatem tutatur, vt si eidem Reuerendissimo Patri Magistro Sacri Palatij Apostolici placebit, exponen. publice censeam, tamquam aureum speculum ad Ecclesiæ libertatem, sicut alterum in ciuili practica ad lumen, aliàs exhibuit

cele-

celebrimus Iuriſperitus, Proauus eius, Robertus Maranta.

Gaſpar Burgius I. V. D.

Imprimatur, Fr. Hiacynthus Serronius Magiſter, & Socius Reuerendiſs. Pat. F. Michaelis Mazarini Sacri Pal. Apoſt. Mag. Ordinis Prædicatorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Christus ante quam ad mortem iret suos admonuit de his, quæ ventura erant.
2 Mundus quare odio prosequatur eos, qui sunt Christi.
Hoc autem fecit ab initio nascentis Ecclesiæ. nu.3.
In omnia electa Christi membra.
Etiam in imbelles puellas virgines. nu.4.
In Episcopos. num.5. In Doctores.nu.6.
5 S. Ioannes Baptista propter veritatem capite minutus.
7 Mundus suis blanditur, qui Christi sunt persequitur, trucidat.
Sicuti canis domesticis blanditur, peregrinos insectatur. num.8.
Et hoc quare? num.10.
9 Similes sibi similes diligunt. Oderunt autem dissimiles.
11 Christum qui sequuntur forti animo esse debent.
12 Morbo affectis corporibus, quæ vilissima sunt acerbissima videntur.
13 Adagium. Inspiciet, & si serò, pellem Iuppiter.
14 Deus cur laneos habere pedes, apud veteres, diceretur? Quia vindex est, & vltor malorum, & si tardus.
15 Ecclesia cultrix est iustitiæ: nec patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum.
Nec etiam viduis. num.16.
Neque quod suum non est tuetur. num.17.
Neque cum alterius iactura ditari cupit.
18 Perseuerantia, & pertinacia satis inter se differunt.
19 Virtus circa difficile, & bonum.
20 Perseuerantia quid?
21 Pertinacia quid?
22 Pertinax quis dicatur? & num. 24.
23 Hæresis semper cum pertinacia adiuncta,

Neque datur sine ea hæresis.

24 *Perseuerantibus salus promittitur à Christo Domino, non pertinacibus.*

25 *S.Thomas Cantuariensis ad mortem vsque perseuerauit prò tuenda libertate Ecclesiastica.*

26 *S.Stanislaus Cracouiẽsis Archiepiscopus à Bolislao Rege, quod eum excommunicasset, membratim trucidatus fuit.*

27 *S.Carolus Borromæus pro tuenda Ecclesiastica iurisdictione multa passus.*

28 *Sancti Martyres, & Confessores perseuerantes in confessione fuerunt fidei, non pertinaces.*

29 *Affidandi homines 40. facultatem habet Ecclesia Iuuenacen Regum antecessorum Priuilegijs.*

30 *Priuilegium facit proprium, quod ante non erat. & num. 39.*

Sicut & donatio.

31 *Donatio quæ propriè dicatur?*

32 *Sanctis quod donatur, Deo donatum censetur.*

33 *Deo quod donatur immutabiliter donatum æstimatur.*

Namque naturam assumunt eius, cui donantur. nu. 34.

Vt perpetua sint.

35 *Res inter diuinas, & humanas discrimen multum est, quod hæc temporalia, illa stabilia. num. 36.*

37 *Stabilium nihil inter homines.*

Quia eorum status in perpetuo motu consistit.

38 *Deus manet in æternum.*

Stabilisque manens dat cuncta moueri.

40 *Priuilegia priuata lex sunt. & nu. 151.*

41 *Iniustum nihil facit, qui lege permittente facit.*

Irreprehensibilis proinde. num. 43.

42 *Facultate, qui vtitur sibi à lege, vel testatore facta iniustum nihil facit.*

44 *Lege quod sit permittente, obyci non potest, secundum Senecam.*

Nec damnari potest.

45 *Quod nostrum est, nobis nolentibus auferri non potest.*

46 *Re in nostra facere nobis licet, quod placet.*

Quia iustum est sua cuique committi.

47 *Nemo facere debet alteri, quod sibi nolit, ex natura principio.*

Et hoc est lex, & propheta.

48 *Locus Ecclesiastes 12. 13. Hoc est omnis homo. expenditur.*

49 *Charitas operatur, ut bonum, quod nobis volumus, velimus & proximo.*

50 *Actio nulla datur ut prosis, datur tamen ne noceas.*

51 *Iure qui utitur suo, iniuriam nemini facit. & nu. 151.*

52 *Affidatorum hominum Ecclesiæ Iuuenacen. quod præcipuum munus?*

Et quare arma deferre eis permittatur?

Sunt enim sub fide Sanctæ Mariæ recepti. num. 54.

Et inter personas Ecclesiasticas agnoscuntur.

53 *Arma ad sui defensionem potest quis deferre.*

55 *Ioannes Franciscus de Ponte Regens tractatum scripsit de iurisdictione contra Ecclesiam, sed refellitur.*

56 *Episcopi armatam familiam habent.*

Quidquid Ioannes Franciscus de Ponte ex Paulo Fusco dixerit.

Nam eorum refellitur sententia. & num. 64.

Et contraria verior, ac recepta. num. 57.

Et determinata videtur per sacrum Tridentinum Concilium. nu. 58.

Rationes afferuntur. nu. 59.

Et ita vbique viget consuetudo. num. 63.

Quod si quidam vrbanius agant: Non ideo præiudicium

afferunt alijs. num.65.

60 *Episcopi Ordinarij Inquisitores sunt.*
Et carceres habent. num. 61.
Et primi Ciuitatis sunt Magistratus. num. 62.
Atque Principes.

63 *Author Vicarius fuit Generalis Auersæ,*
At etiam Triuenti. nu. 246.

66 *Oculorum defectus est, lucente Sole non videre.*

67 *Prouerbium. Cęcam diem amare, ne videas.*
Et oculatas manus habere. Expenditur. nu. 68. & 103.

69 *Aures sunt hominibus magis incredulæ, quàm oculi.*

70 *Res publicas qui administrant, non faciles esse debent ad credendum, nisi viderint, ne decipiantur.*

71 *Pythagoræ parœmia. Ne cui vis dexteram inieceris, elucidatur.*

72 *Locus psalmi 61.10. Verumtamen vani filij hominum. expenditur.*

73 *Appollonij dictum ad Regem Babilonis.*

74 *Oculis potius credendum, quam auribus.*

75 *Consequentia à particulari ad vniuersale non rectè infertur.*

76 *Argumentum à præmissa particulari ad consequentiam generalem vitiosum, & nu. 243.*

77 *Locus Pauli prima ad Corinthios 12.31. Aemulamini charismata meliora. perpenditur.*

78 *Matrimonium spirituale est inter Episcopum, & Ecclesiam.*

79 *Maritus pro vxore etiam sine mandato agere potest.*

80 *Episcopus vti sponsus Ecclesiæ curare debet, ne ex sua negligentia damnum illa patiatur.*

81 *Matrimonium spirituale fortius est, quàm carnale.*

82 *Affidati eò ipso quod affidantur in Ecclesia Iuuenacen. in Ius transeunt Ecclesiæ, conditionemque mutant.*

Et

stare ei cogitur.

98 *Omne qui dicit, nihil excludit.*

Vt omnia quoque singularia comprehendat.

101 *Aristotelis dictum cum pentatheucum Mosis legit.*

102 *Lex indistinctè loquens indistinctè quoque exaudiri debet.*

103 *Prouerbium. Oculatas manus habere expenditur.*

104 *Credendum non est omni spiritui, sed probandi spiritus. locus Ioannis. ratio redditur.*

105 *Satanas transfigurat se in Angelum lucis.*

105 *Responsio satis scita cuiusdam ex patribus diabolo data, qui ei in forma Christi apparuerat.*

106 *Credendum non est, nisi probentur, quæ afferuntur.*

108 *Fidem qui exigunt, ut probent, quæ volunt credi, oportet.*

109 *Gabriel Angelus nuncians verbi Dei in uterum Virginis aduentum, ex sterili, quæ conceperat, fidem Mariæ facit.*

111 *Priuilegium amittitur, si per decennium eo non vtatur priuilegiatus.*

Et in Ecclesia per quadraginta annos. nu. 112.

Præsumitur tamen vsus per temporis cursum. nu. 113.

Vel si priuilegium inueniatur in inuentario antiquo descriptum. num. 114.

Vel si fuerit ob causam concessum. nu. 123.

Vel si renunciari ei non possit. num. 124.

113 *Temporis cursus habet vim famæ, & præsumi facit vsum.*

115 *Nemo præsumitur frustra operari.*

116 *Temporis lapsus decem annorum præsumi facit solẽnitates exteriores intercessisse.*

117 *Priuilegia motu proprio concessa, cum lapsu temporis, illorumq. obseruantia, probatione alia non indigent.*

118 *Pos-*

118 Possessionem ad acquirendam vnicus actus sufficit in incorporalibus,& iurisdictione. nu.119.

Accedente præsertim scientia, & patientia Aduersarij. num.122.

121 Priuilegium plura capita continens, si in aliquibus in exercitio fuerit,conseruatur in totum pro alijs capitibus.

Quia attenditur origo possessionis. num.122:

123 Priuilegium concessum ob causam, in contractum transit.

125 Priuilegium Ecclesiæ ad infringendam per non vsum legitima requiritur præscriptio 40. annorum.

Quæ non nisi post prohibitionem currit.

126 Lex vbi non distinguit, neque nos distinguere debemus.

127 Argumentum in diuersum trahi non debet.

128 Sciens aliquid fieri, & non loquens,præsumptionem facit rem illam licitè fieri.

120 Priuilegia vsu recepta præsumuntur.

Vnde dicens non vsum,probare tenetur.num.130.

131 Possessio prædecessoris,etiam successori suffragatur.

Præsertim in dignitate, quæ non moritur.

132 Priuilegium non in forma probanti, nihil probat.

Limita si extractum fuit mandato Iudicis.nu.133.

Præsertim in synodo.

Secundo si extractum fuit ab Archiuio publico per publicum notarium,qui de hoc attestetur.num.134.

Vel si inuentariatum reperiatur in inuentario publico. num.131.

Vt puta in visitatione.

Et concurrat antiquitas facti.

Vel si ex obseruantia priuilegium probetur.nu.138.

136 Inuẽtariũ habet pro se,& pro veritate præsũptionem.

Præ-

Præsertim antiquum, & authoritate Iudicis confectum. num. 137.

138 *Obseruantia tribuit scripturæ fidem.*

In facto præsertim antiquo.

139 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*

Sicut & scriptura.

Vnde vel in totum reijci, vel in totum probari debebit.

Præsertim si eadem ratio, idemque respectus id suadeat. num. 140.

141 *Episcoporum Iudex est Papa.*

142 *Constantia Boamundi Principis Antiocheni uxor priuilegia indulsit Ecclesiæ Iuuenacen. fuit enim Principissa Bary, Tarenti, & Canusiæ, & in tota Apulia.*

143 *Donans dare videtur vt liberalitatem, & munificentiam suam in donatarium exerceat.*

144 *Res suas moderari cuilibet licet.*

Siue inter viuos, siue in vltima voluntate. ratio affertur. num. 145.

Præsertim in animæ suæ salutem. num. 146.

147 *Affidandi 40. homines Ecclesiæ Iuuenacen. fuit etiam facta facultas per Rogerium Regem, præter Constantiam Principissam.*

148 *Rem inceptam destitui ab instituto principio ridiculum, ac turpe.*

149 *Adagiũ, & parœmia. Terram cœlo miscere. perpẽditur.*

151 *Iure volumus, quod priuilegio nobis indulgetur.*

Neque vlli iniuriam facimus.

152 *Clerici coniugati Ecclesiasticæ sunt personæ.*

Et clerici verè sunt. & num. 167.

153 *Prima tonsura est qualitas quædam, siue gradus, siue initium quodam sacri misterij.*

154 *Textus in cap. unic. de Clericis coniugatis in sexto expenditur.*

155 *Cle-*

155 *Clerici coniugati fori priuilegio gaudent, siue in criminalibus, siue in Ciuilibus.*
Præsertim ex decreto sacri Tridentini Conc. sess. xxiij. cap. 6. de reformat. num. 156.
Rationes plures afferuntur, nu. 157.
Debent inseruire alicui Ecclesiæ mandato Episcopi. num. 161.
Possunt in diuinis deseruire. nu. 162.
158 *Lex vbi non distinguit, neq. nos distinguere debemus.*
159 *Dictio (nullatenus) totum negat.*
160 *Hieronymus Campanilis Episcopus Isernien fuit Minister S. Inquisitionis. & nu. 161.*
163 *Textus Concilij Parisiensis in cap. 3. de foro compet. expenditur.*
Quo ad Clericos coniugatos.
164 *Negatiua maiorem efficaciam ad negandum habet, quam affirmatiua ad affirmandum.*
165 *Verba (distringere, & condemnare) in cap. 2. de foro competenti posita expenduntur, vt diuersa.*
Et omnem à laycis iudicibus iurisdictionem amouent.
166 *Cōdemnare (verbum) latius patet, quàm distringere.*
168 *Clerici coniugati sunt & ipsi in sortem Dei addicti.*
Et corpus & animam Deo sacrarunt.
Priuilegio perfruuntur ex iure diuino. num. 169.
170 *Deo quæ dicata sunt, non decet humanis nexibus alligari.*
171 *Priuilegium fori Clericis indultum personale non est, sed status.*
Renunciari proinde ei non potest.
172 *Clerici coniugati si in ciuilibus non gauderent, melioris essent conditionis crimine se fœdantes, quam ciuili actione obnoxij.*
Et hanc sententiā in Regno Neapolitano receptam dicit

Berrellus.num. 137.

Referens Pragmaticam Regis Ferdinandi.

Et hanc sententiam absolutè sequitur sacra Congregatio. nu. 174.

Vt etiam ad eorum vxores dimanetur. nu. 176.

Et declarationes referantur. num. 354.

Et consuetudo patefacit. nu. 178.

175 *Sententiam habere probati doctoris, vt à peccato excuseris, sufficit.*

Limita vbi de immunitate & libertate Ecclesiæ agitur.

Vel de sacri Concilij Tridentini interpretatione.

Vel si in contrarium communis stet sententia.

Et ita declarauit Sacra Congregatio.

Vel vbi consuetudo est in contrarium. nu. 178.

177 *Declarationes Sacræ Congregationis, cum de illis constat, legem constituunt in tota Christiana Republica.*

Et in conscientia ligant.

178 *Consuetudo est optima legum interpres.*

179 *Vir, & vxor vna caro sunt, & vna persona reputantur.*

180 *Statutum laycorum an in conscientia obliget etiam clericos.*

181 *Desipiunt, qui non rectè sapiunt. Innocentij Tertij dictum.*

182 *Lex vel statutum laycorum in commune bonum Ciuiū omnium tendens, nulla Clericorum facta memoria, sed generatim, etiam Ecclesiasticos comprehendit.*

Vt est in taxandis frugibus.

Et obligat eos etiam in conscientia.

Cum reatu ad restitutionem.

Secus extra casus predictos, vel si contra Ecclesiam fuerit. num. 184.

Qui in ita statuētes sunt excommunicati in Bulla cenæ.

183 Car-

rerum

ta dicantur. num.238.

Vti leges laycorum, & contra libertatem Ecclesiasticam. num.287.

239 Camilli Borrelli sententia improbatur.

240 Negatiua ex reuolutione chartarum probatur.

241 Priuilegium, vel Bullam, vel confirmationem allegãs, illam exhibere tenetur.

242 Casus particularis non prodest ad inferendum in generali.

244 Decimarum cognitio, & exactio ad Ecclesiasticum Iudicem spectat.

Siue in petitorio, siue in possessorio agatur. nu.245.

Quia res spiritualis est.

Etiam per capturam pignorum. nu.247.

248 Marcellus Caracciolus citatus à Summo Pontifice vti occupator Castri Mõtis Vrsi in Beneuentano comitatu, vt contumax excomunicatus fuit.

Et ita etiam eius pater, qui in excomunicatione obijt.

240 Remedium nullum superest post iactam aleam præsentis vitæ.

250 Locus Ecclesiastes 11. 3. Si ceciderit lignum siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit. perpenditur.

251 Epulo diues orauit Abraham, vt mitteret Lazarum ad fratres suos, sed exauditus minime fuit.

252 Infernus quis locus?

253 Felix æstimatur, qui alieno periculo sapit.

254 Adagium. Vitio alterius sapere. elucidatur ex Plinio Iuniore.

255 Argumentum à delegato ad ordinarium non recte infertur.

256 Delegatus delegantis authoritate fungitur.

257 Ordinarius sua propria authoritate fungitur, & libere

bere illam exercere potest quo ad omnes in tota sua diœcesi.

Et in hoc iuris habet assistentiam. nu.260.

258 *Delegatus, antequam iurisdictionem exercere incipiat, delegationis suæ literas ostendere oportet.*

Et quare hoc? nu. 271.

259 *Ordinarius in suo ingressu bullas suæ ordinationis ostendere debet.*

Et quare? nu.271.

261 *Argumentum à simili destruitur, si vel in minimo dissimilitudo arguatur.*

262 *Author anno 1624. ad Prouinciam Baren. & Terrã Rutiliani mandato Sanctissimi accessit pro causa ad Sanctum Officium spectante.*

Vnus ex Consultoribus Sancti Officij.

Accessit etiam cum litteris Ducis Aluæ Pro Rege locum tenentis.

Et multos laycos carcerauit familiam habens armatam.

263 *Eminentissimus Ioannes Baptista Pamphilius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, anno 1624.*

Fuit Nuntius Sanctissimi Neapoli.

264 *Episcopi non pro solis Ecclesiasticis ad diœceses mittuntur, sed pro omnibus, etiam laycis.*

Quia pro omnibus mortuus est Christus.

265 *Episcopus (vocabulum) unde dictum? quasi speculator.*

Est nomen operis, non honoris. nu. 266.

267 *Populus ex clericis, & laycis constat.*

268 *Layci in casibus, in quibus peccatum inuoluitur, subijciuntur Episcopi iurisdictioni.*

269 *Reges ipsi Episcopis subijciuntur.*

Sicuti Imperatores.

270 *Episcopis omnes subijciuntur, etiam Principes terræ.*

Eiusque

Eique obedire tenentur.

272 *Ambitionis stimulo nihil acrius.*

373 *Missus missionis suę litteras ostendere tenetur.*

274 Reges *patrocinium habent Ecclesiarum.*

Non verò sacrarum rerum cognitionem.

Episcopi patres sunt, & pastores, non domini gregis.

275 *Tubicines Arabici, dragma conducuntur, vt canant, quatuor vt taceant.*

Vnde prouerbium: Arabicus Tibicen.

276 *Veritatis simplex est oratio. prouerbium.*

Mendacium verò mendicata exquirit subsidia.

277 *Mendacia verborum lenocinijs fucari solent.*

A poetis præsertim, & rethoribus.

Sicuti, qui pro aliis loquuntur, accuratius sermonem exornant, quemadmodum qui conducuntur ad plorandum in funeribus.

278 *Decimas piscium diebus festis exigendi in possessione sunt Episcopi omnes in Prouincia Baren, & in plaga maris Adriatici.*

Et ita Episcopus *Iuuenacen.*

Etiam *ex erinaciis, siue Echinis.*

Quia decima ex omnibus debetur.

Ex *piscatione scilicet. num. 285.*

279 *Ioannes Antolinez de* Britianos Episcopus *Iuuenacen industrius satis fuit, & vtilis* Ecclesiæ, *cum antea miles fuisset.*

Inuentarium confecit bonorum, & redditium Ecclesiæ.

280 Prouerbium. *Nugas agere.*

281 *Libri visitationis in his, quæ spectant ad officium visitantis, & quoad statum* Ecclesiæ *probant, eisque statur.*

282 *Decima piscationum debetur, sicuti, & de aliis rebus.*

Et

Et num. 284. Etiam si extra diœcesim exerceatur, modò introducatur. num. 288.

283 Decima debetur de omnibus, quæ fidelis homo acquirit.

Non soluens ad decimam reducitur. Declaratur. n. 287.

Et dat militi, quod non dat sacerdoti.

Et alienas res inuadere dicuntur non soluētes decimas.

285 Decima ex omni fructu debetur. & nu. 290.

286 Piscariarum meminit quoque Vlpianus.

289 Consuetudo decimas soluendi de fructibus in aliena parochia collectis attenditur.

291 Decima piscationum ad personalem magis accedit.

Et si, quasi prædialis, dici possit. num. 293.

292 Decimæ personales illi Ecclesiæ debentur, in qua sacramenta recipiuntur.

294 Ciuitas Iuuenacen exigit tredecimam ex piscatione sardarum, quæ introducuntur.

295 Deus non debet esse deterioris conditionis in decimarum solutione, quàm sit dominus temporalis.

296 Deo, qui se oppugnat, malo suo id facit.

Nam venient et mala.

297 Humanarum rerum fallacia.

Cum facile mutemur.

298 Locus Lucæ 12.20. stulte hac nocte animam tuam repetent à te, & quæ parasti, cuius erunt? perpēditur.

299 Christus Pilatum interrogauit, an à seipso loqueretur, an alij sibi dixissent de eo.

300 Non omni spiritui credendum, sed probandi spiritus, an ex Deo sint.

301 Insomnia Malāchonicorum, non habent diuinationē.

302 Consuetudo pro lege seruatur, & iurisdictionē tribuit.

Vnde seruanda. Præsertim laudabilis.

303 Decima piscationum diebus festis debetur etiam ex

festis moderatis per bullam Sanctissimi nostri Vrbani Octaui.

Ratio affertur.

Nam in hoc etiam seruatur consuetudo vicinarum Ciuitatum. num. 304.

Et declaratur. num. 307.

305 *Declarare eius est, cuius est condere.*

Ratio affertur. num. 306.

308 *Moderari quid?*

Diminutionem importat.

309 *Consuetudo decimas exigendi ex piscibus diebus festis, etiam moderatis, seruanda est, quia scandalum non parit.*

310 *Scandalum Pharisaicum, cum sit acceptum, non datũ, non officit.*

311 *Layci Clericis infensi sunt oppido. &* 329.

312. *Tex. in cap. licet* 3. *de ferijs expenditur.*

313 *Diebus festis licet piscari, & fruges recolligere, necessitate vrgente.*

Licentia tamen requiritur Ordinarij.

315 *Locus Ieremiæ* 12. 9. *affertur ad rem. Properate ad deuorandum eum.*

316 *Consuetudinis trãsgressor, & legis æquè pęna feritur.*

317 *Deus septimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat.*

318 *Prouerbium. oleum flammæ, vel camino addere.*

319 *Legatorum piorum cognitio ad laycos spectat.*

Verum refellitur, probaturque ad Ecclesiasticos spectare. num. 321.

320 *Christus quare in parabolis loquebatur turbis?*

321 *Tribunalis Fabricæ erectio quare facta?*

Fuit autem non vt illud legata pia primario exequeretur. num. 322.

Sed

Sed vt Fabrica Basilicæ Sancti Petri extrueretur ex portione Fabricæ debita. Erectum autem fuit Paulo Tertio, & Carolo V. regnantibus. num. 323.

324 Fabrica non exigit portionẽ suam, nisi postquàm legata pia impleri curauerint eius ministri. ex Pii V. cõstitutione.

325 Tribunal Fabricæ non fuit priuatiue quoad Ordinaries erectum.

Nisi quoad portionem, & interesse sibi debitum.

Intra annum vero à morte testatorum Ordinariorum curæ demandatum est.

Et in hac possessione Ordinarij omnes sunt. nu. 327.

328 Locus psalmi 57.4. Errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.

Refertur, & expenditur.

330 Legatorum piorum cognitio mixti fori non est.

331 Paulus, & Silas Apostoli flagellati, carceribusque trusi à Macedonibus, quod spiritum pythonem è puella quadam eiecissent, quæ magnum quæstum diuinationibus eius dominis afferebat.

332 Auaritiæ omnia semper desunt.

Semperque auarus eget.

Auaritiam vitiorũ metropolim appellauit Bians. n. 333

Et radicem omnium malorum nuncupauit Paulus 1. ad Timoth. 6. 10. qui locus expenditur. nu. 334.

334 Locus Pauli primæ ad Timoth. 6. 10. Radix omnium malorum est cupiditas, siue auaritia. expenditur.

335 Auaritiam cæcam nuncupauit Gregorius Decimus. Et quare?

336 Auaritiæ descriptio per Crispum Salustium.

337 Auaritiam, qui sequitur, omnia perdit.

338 Baliua in possessione cum vniuersitate est Capitulum Iuuenacen cum Titulo, ex priuilegio Ferdinan-

di Regis.

339 *Responsio conformis esse debet petitioni.*

Nec respondisse videtur, qui ad interrogatum non respondit. nu. 340.

341 *Omnia comprehendit, & nihil excludit, qui absolutè respondit.*

342 *Possessio ex actibus possessiuis probatur.*

341 *Libri Capitulares probant actus ipsos capitulares.*

Ita libri vniuersitatis contra ipsam probant. nu. 344.

345 *Possessio ex partis confessione probatur.*

346 *Auaritia hominem omnium scelestissimum facit.*

Charitate autem superatur. ex Augustino. nu. 347.

348 *Episcopi est curare, ne peccatis se fœdent sibi commissæ oues.*

340 *Pastoris hoc est officium, animam dare pro ouibus.*

Mercenarius vero fugit, & dimittit oues.

350 Locus Pauli ad Romam 12. 8. *qui praeest in solitudine. expenditur.*

351 *Tacere meliùs, quàm imprudenter loqui.*

352 *Prudentia in silentio maximè splendet.*

353 *Decretum synodale* Iuuenacen *de priuilegiis conseruandis.*

APOLOGETICVS TRACTATVS pro Iuribus Ecclesiæ, quo pro Iurisdictione, ac defensione Immunitatis, & Libertatis Ecclesiasticæ propugnaculum instituimus, & pro Ecclesia nostra Iuuenacen contra illius oppugnatores, octo capitibus.

1 DIscessurus ex hoc mundo ad Patrem Cristus Dominus, ac Seruator noster, cùm cœna facta Apostolorum pedes lauisset, eosque grandi sermone de venturis admonuisset: certos eos quoque facere voluit (ne postea animis deficerent) quod omnes, qui de mundo sunt, eos odio prosequi deberent. Vnde *Ioan*.15.18. sic eis contestatus fuit.

2 „ *Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis*
„ *odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum*
„ *erat diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego*
„ *elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Me-*
„ *mentatè sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est*
„ *seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos*
„ *persequentur: Si sermonem meum seruauerunt, & ve-*
„ *strum seruabunt*. Quid igitur mirum, si nos mundus odit, qui in sortem asciti Dei sumus; si nos persequatur, si ad necem nos petat; quando & Christum Deum oderit, & persequatur? *Si me persecuti sunt, & vos persequentur*. Summa ipsa veritas dicit.

3 Videte ab initio nascentis Ecclesiæ quid in electa quæque Christi membra gestum sit. Omnes

tur-

turpissima morte damnatos, deque medio subla-
tos, acerbissimis tormentis affectos, discerptos, di-
laniatos, in frustra sectos conspiciemus. Stepha-
nus lapidibus obrutus. Iacobus capite ab Herode
Rege minutus. Petrus Cruci affixus, Paulus secto
capite sublatus. Laurentius igne exustus. Hyppo-
lytus indomitis raptatus equis. Bartholomæus
4 viuus excoriatus. Vincentius Oscæ, vbique Vin-
cens, exquisitis enectus tormentis. Vbi imbelles
puellæ virgines, Agnetes, Ceciliæ, Catharinæ,
Barbaræ, Agathæ, Luciæ, Apolloniæ, Eulasiæ,
Susannæ, Martinæ? Non ne omnes pro Christi
nomine exquisitis tormentis è mūdo sublatæ? Vbi
5 Episcopi? Policarpus, Ignatius, Stanislaus, Tho-
mas Cantuariensis? Quid memorem Gregorios,
Basilios, Athanasios, Ambrosios, Augustinos,
Chrisostomos, Paulinos, & mille & sexcentos
alios, ac nouissimæ Carolum Borromæum? Non
ne isti omnes propter Christum, propter Eccle-
siam, propter veritatem, persequutionem passi
6 sunt? Sanctus Ioannes Baptista præcursor Domini,
cuius inter natos mulierum non surrexit maior.
Matth. 11.11. non ne propter veritatem capite
,, min utus fuit? dicebat enim Herodi: *Non licet tibi*
,, *habere vxorem fratris tui*. Marc. 6.18. inde Hero-
diadis scelestissimæ fœminæ odium incurrit, & pro
veritate vitam profudit. Hos omnes odio habuit
mundus, quia de mundo non fuerunt. Nam si de
7 mundo fuissent: mundus id, quod suum est, vtique
dilexisset. Suis enim ablanditur, non qui sunt
Christi. Porrò hi.

,, *Cæduntur gladijs more bidentium*:
,, *Non murmur resonat, non quarimonia*;

,, *Sed*

,, *Sed corde impauido, mens benè conſcia*
Conſeruat patientiam.

8 Solent canes domeſticis ablandiri, peregrinos inſectari; ſic mundani homines ſolent ſibi ſimilibus applaudere, eoſque diligere, peregrinos verò, mundique contemptores perſequi. Similes enim
9 ſibi ſimiles diligunt. Audiamus (quæſo te) impios, (*Sapient.*2.12.) & ab ipſis rationem diſcamus, quare
10 iuſtos perſequantur. *Circumueniamus ergo iuſtum* (inquiunt) Quam ob cauſam circumuenitis eum, &
,, perſequimini? *Quoniam* (reſpondent) *inutilis eſt*
,, *nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat*
,, *nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſcipli-*
,, *næ noſtræ. Factus eſt nobis in traductionem cogitatio-*
,, *num noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum,*
,, *quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius.*

Quia igitur inutilis eſt iuſtus impiis, quia contrarius eſt operibus eorum, quia eos arguit, idcirco eum perſequuntur, eum oderunt, & circum-
,, ueniunt eum. Sed plane ſemper & mali perſecuti
,, ſunt bonos, & boni perſecuti ſunt malos: illi nocē-
,, do per iniuſtitiam, iſti conſulendo per diſciplinam:
,, illi immaniter, iſti temporaliter: illi ſeruientes cu-
,, piditati, iſti charitati. Sic docet Auguſtinus Vincentium epiſt. 44. in can. *nimium ſunt* 37. §. *ſi ſemper* 23.
,, *q.*4. Sint ergo forti animo, qui Chriſtum ſequũtur:
,, Quia *qui Deo ſeruire volunt* (Diuus Cyrillus, *in*
,, *Ioannem cap.*15. loquitur) *ab eis mundum offendi ne-*
,, *ceſſe eſt, maxime cum à ſordibus mundi alios reuocare*
12 *conetur, quod ſic amarum eſt voluptuoſis, quemadmodũ*
,, *morbo affectis corporibus, quæ vtiliſsima remedia ſunt,*
,, *acerbiſsima videntur.*

Non

Non ergo mirum, ſi nos (omnium peripſema vſque adhuc, vt verbis vtamur Apoſtoli, *1. ad Corinth.* 4.13.) perſequantur, oderuntque nonnulli, quòd inutiles eis ſimus, & contrarij operibus eorum; graueſque ſimus ipſis etiam ad videndum. Quoniam iura noſtræ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ tuemur, eaque firma tenere conamur. Sed dum nos perſequuntur, S.Mariã, quin Chriſtũ Deum, filium eius perſequuntur, quin non oderunt. Sed Deũ ha-
13 bebunt vltorem. Et (quod adagio dici ſolet) *Inſpi-*
14 *ciet, & ſi ſerò, pellem Iuppiter*. Ideoque etiam Deum laneos habere pedes veteres Ethnici crediderunt: vt qui certus vindex, & vltor (licet admodum tardus, nobiſque iam non ſperantibus) iniuſtitiæ, & iniuriæ exiſtat. Quin vt cecinit ille in Odis.

tolluntur in altum,
Vt lapſu grauiore ruant.

Et ſequitur *Gloſ. in can. quid ergo turbamur. 48. verbo malignos de penit. diſt.* 3. Ad noſtras proinde manus ſcripta quædam, & ſi vernacula lingua (vt facilius fortaſſe audiretur, ſuaque magis efflorerer eloquentia) ab Anomalo quodam conſcripta, peruenerunt; quibus, quamuis nullo fundamento, Clypeo ſolo tectus regalis iuriſdictionis, Dei, Eccleſiæque iurisditionem proſcindit, & quaſi in cœlum ponere os ſuum veritus minime fuit. Reſpondere propter hoc eius nænijs operæ prætium nos
15 facturos putauimus. Vt ſciant omnes Eccleſiam cultricem eſſe iuſtitiæ, nec pati contra iuſtitiam aliquid fieri in ſe, vel in alterum. vt *tex.* loquitur *in cap. 1. §. ſed diuerſum. de alienatione feudi, tit. 13. in*
16 *vſibus feudorum*; neque alicui, etiam viduis, fauorabilem ſe exhibere contra iuſtitiam; vt expreſſis

ver-

verbis proteſtatur Innocentius Tertius Archidiacono ſancti Andreæ de Scotia ſcribens *in cap. nuper à nobis 6. §. quod autem de donationibus inter vi-*
17 *rum, & vxorem*; neque enim Eccleſia, quod ſuum non eſt, tuetur; neque cum alterius iactura ditari, neque inhoneſtis quæſtibus anhelare cupit, quod in Epiſcopo carpit idem Innocentius Tertius Epiſcopo Spoletano ſcribens *in cap. ſuam ad nos 9. §. quia igitur de pęnis*; Et ſequuta fuit Rota apud Illuſtriſſimum *Duranum* Epiſcopum Vrgellen. *deciſ. 256. num. 8. par. ſecunda.*

Principio verò carpunt nos, quod voluntate pertinaci, & obſtinata in alienam meſſem, ponere manus tentemus: ſic enim illi: conteſtantur laycos Iudices, eoſque excitantes, vt pęnis nos compri-
„ mant: *per diſtogliere detto Monſignore dalla ſua perti-*
„ *nace, & oſtinata volontà, in non voler ponere le mani in meſſem alienam.* Alienam autem meſſem putant, quia nos iuriſdictione vtimur Eccleſiaſtica, in laycos etiam, noſtræ ſubiectos iuriſdictioni, ſed hoc infra apertius patebit. Interim oſtendunt ſe haud intelligere quantum inter ſe ſe diſtent, longeque
18 differant, perſeuerantia, & pertinacia: ſicut enim illa in bono, atque difficili verſatur, ita iſta in malo, atque delectabili perſiſtit. Legant S. *Thomam* Angelicum Doctorem 2. 2. *quæſt. 137. art. 1. & quæſt. 138. art. 2.* quippe ille *d. quæſt. 137. art. 1. in corpore* de perſeuerantia doctrinam tradens, ſequentibus
„ loquitur: *Dicendum, quod ſecundum Philoſophum* in
19 2. Ethicorum. *Virtus eſt circa difficile, & bonum. Et*
„ *ideo vbi occurrit ſpecialis ratio difficultatis, vel boni,*
20 *ibi eſt ſpecialis virtus.* Et paulo poſt in fin. *Perſeue-*
„ *rantia eſt quædam ſpecialis virtus, ad quam pertinet*

,, *in his, vel in aliis virtuosis operibus diuturnitatem*
,, *substinere, prout necesse est.* Dicta verò *quæst.* 138. *ar.*
,, 2. de pertinacia differens, ex Cicerone in *rethoric.*
21 *lib.* 2. *de inuentione* docet: *Quod ita se habet pertina-*
,, *cia ad perseuerantiam, sicut superstitio ad religionem:*
,, *sed superstitio opponitur religioni: ergo, & pertinacia*
,, *perseuerantiæ.* Et secundum *Isidorum lib.* 10. *cap.* 15.
22 *Etymologiar.* Pertinax dicitur aliquis, qui est imprudenter tenax, & vt *Caietan. ibid.* loquitur, qui immanet sententiæ, cui non debet immanere. Vnde pertinax vituperatur secundum excessum medij.

Est itaque pertinax, qui immanet sententiæ, quando non oportet, vel cui non oportet, secun-
23 dum *Caietan. ibid.* Hinc nempe fit, hæresim semper cum pertinacia coniunctam esse, neque dari hæresim sine pertinacia; vt definiuit Augustinus *epist.* 162. relatus a Gratiano *can. dixit Apostolus* 31.
,, 24. *quæst.* 3. dicens: *sed qui sententiam suam quam-*
,, *uis falsam, atque peruersam nulla pertinaci animosi-*
,, *tate defendunt, corrigi parati cum inuenerit, nequa-*
,, *quam sunt inter hæreticos reputandi.* Et August. sequitur S.Tho. 2. 2. *q.* 11 *art.* 2. *ad tertium, Gloss. in can. hæc est fides.* 14. *verbo emendari* 24. *q.* 1. & *Pater Martinus Becanus in summ. Theologiæ scholasticæ par.* 2. *de fide, spe, & charitate, cap.* 14. *de hæresi, & apostasia, quæst.* 2. §. 10. *Antonius Ricciullus Archiepiscopus Cosentinus, tract. de iure personarum, lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 3. *ac seq. Cæsar. Carena, tract. de officio sanctissimæ Inquisitionis par.* 2. *tit.* 1. §. 2. *nu.* 10. *& seq.*

24 Est ergo pertinax, qui in malo in re, quam non debet, in sua persistit sententia, non paratus corrigi, vt in hæresim quoque propendeat, si de religione agatur. At nos in nostra perseueramus senten-

tia

tia in re, quam debemus, in tuendis ſcilicet noſtræ
Eccleſiæ Sanctæ Mariæ iuribus, atque etiam vni-
uerſalis Eccleſiæ quoad decimas,& iuriſdictionem
de legatis pijs cognoſcendis, atque immunitatem,
& Eccleſiaſticam libertatem. Perſeuerantes igitur
ſumus, non pertinaces. Perſeuerantibus verò non
pertinacibus ſalus promittitur (Matthæi 10. 22.)
„ *Qui autem perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus*
erit: Chriſtus Dominus Apoſtolis conteſtatus fuit.
25 Alioquin pertinax Sanctus Martyr Thomas Ar-
chiepiſcopus Cantuarienſis, qui nunquam legibus
contra libertatem Eccleſiaſticam per iniquum Re-
gem Angliæ latis, aſſenſum præſtare voluit. Vt cõ-
quereretur impius Rex: ſe cum vno ſacerdote in
ſuo regno pacem habere non poſſe. Quin magis
ſuo ſanguine datis impiiſſimis ſicariis ceruicibus
ſuam palam fecit, quin ſcripſit, perſeuerantiam.
26 Pertinax Sanctus Stanislaus Cracouiæ Epiſcopus,
qui membratim obtruncatus, quod Bolislaum Po-
loniæ Regem à fidelium communione ſegrega-
uerat, proprio ſanguine perſeuerantiæ ad mortem
27 vſque teſtimonium dedit. Pertinax Sanctus Cardi-
nalis Mediolanenſis Archiepiſcopus Carolus Bor-
romæus, qui pro tuenda Eccleſiaſtica iuriſdictione,
tot, tantaſque paſſus perſecutiones fuit: ſed perſe-
uerauit vſque in finem, & accepit coronam gloriæ;
ac ſancti ſui ſanctitatẽ declarauit, & declarat quo-
tidie omnipotens Deus, tot, tantiſq; miraculis, quæ
dietim eius ſanctum nomen inuocantes experiũtur.
28 Pertinaces omnes ſancti Martyres, Doctores, Con-
feſſores, Archiepiſcopi, Epiſcopi, qui vel pro fide
Catholica mortui, vel ſcriptis contra hæreſes pu-
gnauerunt, vel in confeſſione pœnitentiam agen-

tes ad supremam vsque auram aduersus diabolicas phalangas, mundique illecebras fortiter dimicauere? Absit. Quin pertinaces ipsi sunt, qui vbi non oportet, & cui non oportet contra Ecclesiam sententiam tenent: parum ab hæresi distantes, ni corrigi sint parati. *d. can. dixit Apostolus 31. 24. quæst. 3.*

Verum strictius in prælium descendamus.

29 Obijciunt primò contra nos, quod quadraginta hominibus laycis (quos Affidatos vocamus) patentes litteras faciamus, eisque arma deferendi facultatem faciamus. Hoc autem putant in Messem alienam manus ponere, quod non licet *Deut. 23. 25. can. scriptum est 1.6. q. 3. clem. pastoralis 2. §. quod si punitio in fin. de sentent. & re iudicat.* arg. *text.*

31 in *l. consulta 23. C. de testament.* Sed hoc facimus ex priuilegiis antecessorum Regni Regum nobis, Ecclesiæque nostræ sanctæ Mariæ indultis. Non itaq. in alienam Messem manus ponimus, sed in nostrā.

30 Per priuilegia enim nostrum factum est, quod ante non erat; quod facit donatio. ad *text. in §. sic itaque institut. de actionib.* & dixit Iulianus *lib. 12. dige-*

31 *storum in l. 1. de donationib.* eam propriè donatio-
" nem dici, quæ ea mente à donante fit, vt statim
" velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti.

Hoc verò modo donauere Reges præfati Sanctæ

32 Mariæ, atque eiusdem Ecclesiæ Episcopis. Ergo Deo. nam quod sanctis donatur, vt sanctis, Deo sanctorumque sanctificatori donatum censetur. argumento *tex. in §. si quis in nomine magni Dei, cap. 6 in auth. de Ecclesiasticis titulis collat. 9. S. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 5. ad tertium.* diximus *respons. nostra 1.*

33 *nu. 31. par. 1.* Immutabiliter proinde. iuxta disposi-

ta

ta per Iustinianum Cæsarem *in l. si quis argen-*
34 *tum* 35. §. *fin. C. de donationib.* Naturam quippe as-
sumunt donata eius, cui donantur, vt perpetua
sint. arg. *tex. in l. qua religiosis* 44. *ff. de rei vendicat.*
regulā *semel Deo* 51. *de regul. iur. in* 6. *can. quæ semel*
4. 19. *quæst.* 3. *can. nulli liceat* 3. 12. *quæst.* 2. Vt hoc sit
35 discrimen inter res diuinas, & humanas, vt perpen
dit Imperotor *in l. sancimus res* 18. *C. de sacrosanct.*
36 *Eccles.* quod hæc tempore dilabantur, & reuocari
valeant; illa vero firma semper sint, atque stabilia,
nec reuocationi subiecta.
37 „ *Quid enim erit stabile inter homines, & ita im-*
„ *mutabile, vt nullam patiatur mutationem: cum omnis*
„ *noster status sub perpetuo motu consistat?* vt verbis
vtamur Imperatoris, *in* §. *vt autem lex cap.* 2. *in auth.*
de non alienand. aut permutand. rebus Ecclesiast. col-
lat. 2. *Gloss. in can. ad hoc dispensationis* 7. *verba quali-*
tate dist. 89. & dixit *Plautus* in Cistellaria:

Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.

& Marsilius *lib.* 1. Astror.

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per sæcula gentes.

38 Deus autem noster manet in æternum

qui tempus ab æuo
Ire iubet, stabilisque manens dat cuncta moueri.

vt Boetius *lib.* 3. *met.* 9 *de consolat.* cecinit.
39 Per priuilegia propterea, quod nostrum factum
est, atque Ecclesiæ, tractamus. Secundum legem id-
40 circò facimus. Priuilegia quippe priuata lex sunt
can. priuilegia 3. *vbi gloss. dist.* 3. *can. ideo permittente*
16. §. *enim priuilegia* 25. *q.* 1. nihil ergo iniustum,
41 neque in alterius iniuriam tentamus, cum lege id
per-

42 permittere faciamus, quia vtimur facultate, quam antecessores nobis Reges facere. vti Vlpianus sensit in *l. qui autem 6. §. nec enim, ff. si quis omissa causa* 43 *testamenti*. Irreprehensibiles ergo sumus, nec carpi meremur. ad *tex. in l. Gracchus 4. C. ad l. Iuliam de adulteriis, l. quid sit fugitiuus 17. §. apud Labeonem, ff. de edilict. edict. can. quid dicam 11. in fin. 14. quaest. 4. can. qui peccat. 36. in princip. 23. q. 4. l. nemo damnũ, 194. vbi Dec. & Cagnolus, ff. de regul. iur. l. non videtur 133. §. qui iussu ff. eodem.* Namque obijci non 44 potest, quod lege factum est, vt Seneca *lib. 6. declamat.* dixit, & *lib. 9.* rationem reddens: Non possum id damnare (dixit) quod lege factum est: & nos deduximus *respons.* nostra 58. *num.* 24. & 25. *par.* 3. In alienam itaque messem manus haud ponimus, sed nostram curamus, nostramque tractamus. Sapienti quippe & philosophico ore prolata sententia; suum persequi, est ne aliena rapere? vt Gratianus refert. *can. Ecclesias 1. §. Arguitis nos 13. quaest. 1.* 45 Quod nostrum ergo est auferri nobis, nobis ipsis nolentibus haud potest, iuxta Vlpiani sensum, *lib. 6* opinionum in *l. venditor 15. §. si constat in tuo. ff. com-* 46 *munia pradiorum*. Licet proinde in re nostra facere, quod nobis placet, ad *tex. in l. in re mandata 21. C. mandati*. Quia iustum est, sua cuiq. committere. vt Archadius, & Honorius Cęsares decreuere in *l. nemo externus 8. C. de Iudaeis glos. 1. in cap. abolendae 13. in princip. de sepultur.* Nihil ergo est, quod nobis vitio vertant, vel quod in nobis insurgant quasi in alienam messem manus, oculosque iniecerimus. Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur, vt Augustinus nos docet *can. quid dicam 11. in fin. 14. q. 4.* nec alienum subrepit, qui, quod sibi debetur,

betur, accipit. Gratian. *can. quæritur* 32. §. *hinc idem*
a 2. *q*. 2. nec aliena concupiscimus, quia regum im-
perio facta sunt nostra, & iustè nostra sunt. vt ver-
bis dicamus August. *can. si de rebus* 2. §. *si qua iam* 23.
47 *q*. 7. Non ergo faciant nobis, quod ipsis fieri nolunt,
vt vndequaque naturæ principium, quin non etiam
Euangelicum, sit firmum. Excipe non quemuis do-
ctorem, sed Christum Dominum, ac Magistrum
omnium, *Matth*. 7. 12. docentem nos: *Omnia quæcun*
que vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem fa-
cite illis. Hoc est enim lex, & Prophetæ. sic *tex. in can.*
humanum genus in princip. dist. 1. quo loco *Gloss.*
,, verbo *hoc est enim*. Lex scilicet, & Prophetæ: *id est*,
48 (inquit) *in his consistit:* affert illud *Ecclesiastes* 12. 13.
,, dicentis. *Finem loquendi pariter audiamus. Deum*
,, *time, & mandata eius obserua, hoc est enim omnis homo.*
,, quasi dicat: in eo sita est hominis felicitas in hac
,, vita. vt *Emanuel Sà* in eundem locum commentum
,, agit. vel secundum *Carthusianum* ibidem, idest, ad
,, hoc conditi sunt homines, & in hoc consistit eo-
,, rum salus, atque perfectio maxima, in plena obser-
,, uatione præcepti charitatis diuinæ. Et definitum
est in Concilio Bracharensi secundo *in can. placuit*
37. *in fin*. 10. *quæst*. 1. & Diuus Prosper *lib. de vita*
contemplatiua relatus *can. charitas* 5. §. *item proinde*
,, *de pœnit. dist*. 2. admonens nos, vt tota id charitate
49 satagamus, vt bonum, quod nobis volumus fieri,
velimus, & proximo. & Gregorius Nonus Patriar-
chę Granden. in *cap. dilecti filij* 13. §. *cum igitur de*
50 *de maiorit. & obedient.* Quamuis enim actio nulla
mihi detur, vt mihi prosis: datur tamen ne mihi
noceas. vti Paulus *lib*. 49. ad edictum in *l. in summa*
2. §. *idem Verus, ff. de aqua pluuia arcenda.* docuit. in

,, ratione, quam ad rem illam ipse intulit, dicens.
,, *Nam hac actione neminem cogi posse, vt vicino prosit:*
,, *sed ne noceat*. Probatque id solidius ex Augustino
,, contra litteras Petiliani lib.2.cap.83.Gratianus in
,, *can.ad fidem* 33.13.*q*.5. dicente: Si quæ igitur ad-
,, uersus vos leges constitutæ sunt; non eis benefa-
,, cere cogimini, sed male facere prohibemini. Actio-
ne igitur fulcimur nos, ne nobis Aduersarii no-
51 ceant, sinantque nos iure vti nostro, in quo nemini iniuriam facimus. iuxta Vlpiani sensum in *l.fluminũ* 24. *§.fin.ff.de damno infecto*. & Innocentij Tertii in *cap.nisi specialis* 3.*in fin. vbi gloss.* verbo *eligemus*, & ibidem *Abb.nu.*8.*de authoritate,& vsupallij*.

Quod autem facultatem eis fecerimus arma deferendi, neque id in alienam messem manus est po-
52 nere. Cum enim præcipuum Affidatorum horum munus sit; Ecclesiæ territoria custodire; ne in aperto Marte aduersus insolentes nudo corpore se
53 obijciant; vt se defendat, armatos eos incedere permittere debemus.ad *tex.in l.*1.*& l.penult.in fin. ff.ad l.Iuliam de vi publica*. sequiturque *Menoch.de arbitrar. iudic. lib.*2. *centur.*4. *casu* 394.*num.*58.*& seq.Petrus Aduegnas in regulis iuris, regula* 55. *Ar-*
54 *ma portare, limit.*2.8.*&* 9. At hi Affidati sub fide recepti sunt Sanctæ Mariæ, & nostri, nobisque, & Ecclesię subiecti, vt late deduximus in alia peculiari responsione super hac eadem re edita, in qua eos inter Ecclesiæ familiares, atque Ecclesiasticas personas agnosci deduximus: poterunt proinde ex facultate per nos facta, ad se ipsos defendendum arma deferre.

55 Quamuis enim, vt Aduersarijs in confesso est, ex *Ioanne Francisco de Ponte* in tractatu (manu tantum

exa-

exarato) quem cum Regię Cancellariæ Regens esset de iurisdictione edidit in *cap. de familia armata Episcopi*, quem etiam ad verbum transcripsere Aduersarij nostri, ne nimio labore in euoluendis libris, veramque sententiam inueniendam, præmerentur, velint ipsi armatam familiam habere Episcopis non licere. Mouentur præsertim ex *Paulo Fusco* Episcopo Sarnen. *tract. de visit. lib. 2. cap. 32. num. 16.* dicente de facto recessum esse ab opinione *Bald. in l. 3. ff. de officio prefecti Vigil.* quamuis illa de iure verior sit. Nullam quippe affert pro sua hac sententia Fuscus firmam rationem; At contrariam sententiam aduersus Abbatem sequuntur communiter Doctores. Commentantes quidem in *cap. significasti 7. de offic. delegati*, & *in cap. fin. de off. Archidiaconi*, & *Barbatia in cap. cum ab homine, num. 34. & 40. de iudic.* alii verò in aliis eorum tractatibus. *Aufrerius de potestate* Ecclesiast. *super laicos, quæst. 24. num. 18. Vincent. Anna singular. 171.* vbi etiam *Fabius Anna* filius in addit. *Vgolin. de offic. & potestat. Episcop. par. 1. cap. 4. §. 12. num. 2. Repertorium Inquisitorum in* verbo *Aarma col. 4. in fin. vers. sed supradictum est fol. 57. Pegna in director. inquisitorum par. 3. comment. 105. littera* C. *col. 2. vers. postremo in hac quæst. Marta de iurisdict. par. 2. cap. 29. num. 7. 8. & seq. Francisc. Leo* Episcopus Thelesinus *in thesauro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 9. num. 16. & seq. & cap. 11 num. 18. & par. 2. cap. 1. num. 26. Bellectus disquisitionis Clericalis par. 1. tit. de furore Clericorum reali*, §. *primo, num. 18. Marius Antoninus Maceraten. variarum resolutionum, lib. 3. resolut. 14. num. 1. & seq. Campanilis* Episcopus Laquedon. & postmodum Isernien. *in diuersor. Iuris canonici rub. 12. cap. 13. n. 88.*

E Bar-

Margin: 56 (beside "rentur"), 57 (beside "riam")

Barbosa de off. Episcopi, part. 3. allegat. 107. num. 1.
Ioannes Baptista Ciarlinius controuers. forens. cap. 50. num. 25. & sequenti. Antonius Scappa de iure non scripto, lib. 5. rub. 40. cap. 209. num. 8. & seq. Carolus de Grassis de effectib. Clericat. effectu 1. num. 129. Iacobus Sbrozius de off. Vicarij, lib. 2. quaest. 147. Alexand. Sperellus decis. 4. num. 7. & 8. Riccius Vici Episcopus *par. 1. prax. resolut. 473. num. 2. & seq. Cardin. Tusc tom. 3. littera E. conclus. 253. per totam. Menoch. de arbitrar. d. casu 394. num. 65. Ioann. Segura Danolos in director. iudic. par. 2. cap. 13. num. 25. Diana resolut. moralium par. 1. tract. 2. de immunit. Eccles. resolut. 97. in fin. vers. dicendum est igitur.* Et plenius *par. 6. tract. 2. de familia layca Nuntiorum, resolut. 5.*
58 *& seq.* Quae planè sententia omnimodo determinata videtur per sacrosanctam Tridentinam synodum *sess. 25. cap. 3. de reformation.* illis in verbis:
„ *per suos proprios, aut alienos executores.* Rationes ve-
59 ro sunt, quas, & *Riccius d. resolut. 473. & Marius Antonin. d. resolut. 14. lib. 3.* & *Scappa d. lib. 5. cap. 209.* atque *Diana d. resolut. 5. par. sexta. Ioann. Baptista Ciarlinius d. cap. 50. à num. 28. cum seq. Cardin. Tuscus d. tom. 3. littera E. conclus. 253.* & alii passim, & nos alibi; quam ob causam summatim hic illas enumerabimus, ne in longum responsio haec protrahatur. non enim pro cunctis.

Hoc sibi tempus spectacula poscit.

Primo, quia Episcopus Dioecesim, cùm habeat territorium habere videtur. Deinde, quòd si potest Episcopus in delinquentes, etiam laycos suam exercere iurisdictionem, tenebitur vtique illam per suos executores exequi, atque illos armatos;
60 ne inermes discrepantur. Praeterea, quod sunt

Epi-

Episcopi, & ipsi Ordinarij Inquisitores; Inquisitoribus verò id licet. *Clementin.* 1. §. 1. *de hæretic.*
61 Deinceps, quia cum habeat carceres, vt delinquẽtes in illis recludat custodiendos, habebit quoque & armatos ministros, qui ilios custodiant, tu-
62 tosque seruent. Demum quod si licet alijs Magistratibus Ciuitatum; cur non licebit Episcopo, qui primus Ciuitatis est Magistratus? quin Princeps Ecclesiæ. Princepes enim sunt Episcopi, iuxta illud *psalm.*44. 17. Constitues eos Principes super omnem terram. deduximusque late in nostro *Apologetico à num. 346. cum seq. & respons.79. num.35. &*
63 *seq. & respons.84. num.32. ad 37. par.3.* Nec impersensum dimittendum, quod ita vbique etiam viget consuetudo, omnibusque palam patet, & testatur de ea *Scappa de iure non script. lib.5. d. cap. 209. num.9. & 10. & Ciarlinius d. cap.50. num.26. & seq. & num.* 34. Et Neapoli quis peregrinus est, qui non nouit, Eminentissimum Cardinalem Archie-
64 piscopum armatam familiam habere? Et nos ipsi cum Vicarii Generalis munere functi fuimus, Auersæ potissimum pro Illustrissimo Domino D. Carolo Carafa Episcopo, tunc temporis pro sanctissimo fęlicis memoriæ Gregorio Decimo Quinto apud Cæsaream Maiestatem Nuntio, non ne armatam familiam, etiam laycorum familiarium habuimus? Nec in argumentum ferendum, quod *Regens de Ponte dicto tract. cap. de familia armata Episcopi*, in exemplum refert: Eminentissimum Cardinalem Alphonsum Iesualdum Archiepiscopum Neapolitanum, incedere sueuisse cum famulis, qui nullam armorum speciem deferebant: atque cum Curia Archiepiscopalis noctis tempore volebat

aliquem capere carceratum, hoc faciebat cum brachio Curiæ sæcularis, vt ipsius verbis dicamus.
65 Quid enim si vrbanius cum illis dictus Eminentissimus in hoc agere voluit? vt etiam perpendit dictus *Ciarlin. d.cap.*50. *num.* 26. Numquid hoc aliorum successorum facultatem perstrinxit? Et quidem, qui eidem successor fuit Eminentissimus Cardinalis Octauius Aquauiua armatam semper habuit familiam. Sic Eminentissimus Cardinalis Detius Carafa, eiusque successor Cardinalis Franciscus Boncopagnus, & qui ei sucessit Eminentissimus Ascanius Philamarinus, omnes Neapolitani Archiepiscopi, armatam habuere, ha-
66 bentque familiam. Vt oculorum defectus videatur lucente Sole lucernam quærere; nec videre.
67 Quin *cæcam diem* (vt prouerbio fertur) *amant*, *ne videant*. At expedit eis magis; (vt altero fertur
68 adagio) vt *oculatas manus habeant*. Rei videlicet certitudini insistant, oculosque habeant, quibus videant exhibita: credantque id, quod vident, iuxta Plautinum illud in *Truculento*,

„ *Non laudandus est is, qui plus credit, quæ audit, quam*
„ *Quæ videt; non placet, cũ illi plus laudant, quæ audiũt,*
„ *Quàm quæ vident: pluris est ocularis testis vnus, quam auriti*
„ *Decem: qui audiunt, audita dicunt; qui vident, planè sciunt.*

At id vident. credant ergo quæ vident, non quæ
69 audiunt. Nam vt Herodotus dixit: *Aures sunt hominibus magis incredulæ, quam oculi*, iuxta admonitionem illam Theocriti:

„ *Ne crede citissime, nisi finem videas.*

70 Cuius quidem sententiæ vim tenere debent, qui

ver-

versantur in rebus publicis, ne decipiantur. vnde
71 Pythagoræ parœmia: *Ne cuiuis dexteram iniece-ris.* Nam sunt, de quibus dici illud potest, quod Virgilius 6. *Aeneidos.*

Nec veriti dominorum fallere dextras.

72 Quippe vt *psalm.* 61. 10. Dauid fatur. *Verunta-*
» *men vani filij hominum: Mendaces filij hominum in*
» *stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Filii hominum ex Hebræo. Filii virorum, vertit *Genebrardus*, id est: Clarissimi, potentissimi, vt ij, præsertim mendaces, & vani plus quàm alii sint: vt dici de eis (Danielis 5. 27. illud) valeat quod de Balthassare Rege Caldæorum articuli manus in pariete comparentes scripsere: *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Non enim eximuntur ij,
» quin in generali hac regula comprehendantur,
» quod potentiores sunt; vt etiam ipsi in stateris
» positi decipiant, & fallant prè vanitate in idip-
» sum; idest ad vnum omnes pariter. Ita plane fal-
» lunt, & decipiunt, nam videntur aliquid esse, &
» nihil sunt: videntur futuri multo ponderosiores,
» in stateris, in bilibri positi, & tamen ab inanitate
» eleuantur: sunt vanitate vaniores, & leuiores.
73 *sic Genebrardus.* Hinc sanè est, quod Apollonius rogatus à Rege Babiloniæ, qua ratione quietus in suo principatu perduraret: Si (inquit) *paucis fidem*
74 *habueris.* Oculis proinde credendum potius, quã auribus, vt in prouerbijs habetur. Nam quæ cernuntur certiora sunt, quàm quæ audiuntur. & vt Horatius dixit:

» *Nec retinent patulæ commissa fidelius aures.*

& in arte poetica.

» *Segnius irritant animos demissa per aurem,*

» *Quàm-*

„ *Quàm quę sunt oculis subiecta fidelibus.*
Credant ergo ipsi quod vident. Cum nullus sit Episcopus, qui armatam familiam non retineat.
75 Præterquam quod nec valide deducitur consequentia. Eminentissimus Cardinalis Iesualdus Neapolitanus Archiepiscopus armatam familiam non habuit. Ergo nullus Episcoporum eam habere debet. Porrò vitiosus hic est solligizandi modus, à præmissa particulari, ad consequentiam generalem inferre, neque valet argumentatio à non distributo ad distributum, vt Philosophi loquuntur. vide *Tolet. in compend. logicæ lib. 3. cap. 3. in 3. regula*. Non enim procedit: Homo est animal, ergo omne animal est homo; nam potest esse leo, equus, asinus, non homo, & venari possumus hanc regulã ex Pauli sensu in *l. ius singulare* 15. *ff. de legib.* docentis; à iure singulari non esse consequentiam ducen-
„ dam ad ius vniuersale. Quia illud etiam contra te-
„ norem rationis, propter tamen aliquam vtilitatem,
„ authoritate constituentium introductũ est. Astruitque idem Paulus in *l. quod verò* 13. *ff. eodem* docens.
„ *Quod contra rationem iuris receptum est, non esse ad*
„ *consequentiam trahendum*. Et sequitur *Gloss. in cap. præsenti* 34. *§. loca vero*, verbo *specialiter de prabend. in 6.* argumento *tex.* in *can. nos, si incompetenter* 41. cum annotatione Gratiani in *can. antecedenti* 2. *q.* 7 & *can. hinc est* 39. *in fin.* 16. *q.* 1. Et quid si Eminentissimus ille vir, errore in hoc ductus fuit? nunquid omnes suo exemplo iurisdictionem proruent Ec-
77 clesiasticam? Absit. *Aemulamini* (dicit Paulus 1.
„ *ad Corinth.* 12. 31.) *charismata meliora. Et adhuc ex-*
„ *cellentiorem vobis viam demonstro.* Vt ex charitate, qua erga sponsatas nobis tenemur Ecclesias, earũ

iura,

78 iura, iurisdictionesque tueamur. iuxta *Gloss.* in *can.*
nulli dubium 5. verbo. *vestro.3.q.1.* ad tex. *in can. si*
Imperator. 11. cum *Glos.* ibid. verbo. *beneficia dist.96.*
Spirituale est enim coniugium, quod inter Episco-
pum, & Ecclesiam intercedit, *cap. inter corporalia*
2. de translat. Episcopi. Quod si in carnali coniugio
inter virum, & mulierem, hoc intercedit, vt valeat
79 maritus pro vxore, etiam sine mandato, agere,
l. maritus 21. C. de procuratorib. ne ex viri negligen-
tia aliqua mulieri accedat iactura. *l. finali, C. de pa-*
80 *ctis conuentis.* Cur non multo magis id curabit pro
sua sponsa Ecclesia Episcopus, ne aliqua ex eius
malignitate & desidia ei accedat iactura? (vt ver-
bis vtamur Imperatoris in *d. l. fin. in fin. C. de pact.*
conuent. can. quicumque 2. vbi *Gloss.* verbo *aut negle-*
81 *ctum, 22. quaest. 4.* Cum fortius sit spirituale vincu-
lum, quam carnale, vt Innocentius Tertius loqui-
tur, *d. cap. inter corporalia 2 in princip. de translat. E-*
piscopi.

Satis autem erroneum est, quod asseruere: haud
posse nos Affidatos homines à iurisdictione exi-
82 mere laycali. Eo ipso enim, quod illi in Affidatos
assiscuntur, vi priuilegiorum nobis, nostræque Ec-
clesiæ sanctæ Mariæ indultorum, in ius transeunt
Ecclesiæ, atque conditionem mutant, & inter ec-
83 clesiasticas personas numerantur. Qualitas nempe
illa (Affidati) homini superueniens, illum ipsum
in alienam transuertit speciem, ad *tex. in cap. licet*
canon. 14. & cap. statutum 22. de elect. lib. 6. §. præterea
institutionib. de inutilib. stipulationib. cap. cum Marthæ
6. §. quæsiuisti de celebrat. missar. Hippolyt. de *Marsil.*
singular. 520. qualitas adueniens. Menoch. consil. 35.
num. 13. volum. 1. & de arbitrat. quæst. 11. nu. 13. &

recuperand.possess.remed.6. num.8. & remed. 9. num. 397. *Surd. decis.*220.*num.*37. Barbos. *assiomat.* 196. *num.quinto.* Transsfusi igitur in speciem ecclesiasticam, atque ecclesiasticæ personæ effectæ, vti nos plenè in alia nostra responsione pro hac re à *num.* 78.*ad num.* 85. data, ostendimus, quæ superuacaneum iterum hic repetere erit. Quid mirum (Bone
84 Deus) erit si à iurisdictione quoque eximantur laycali? vt in Concilio Toletano tertio definitum fuit, relato à Gratiano *can. Ecclesiarum seruos 66.*
85 12.*quæst.* 2. Cùm in familiam sint asciti ecclesiæ, eiusque de foro effecti, vti *Glos.* docet in *can.eos, qui* 10.*in Glos.*1. *vers. ad hoc potest dici* 32. *dist.* & apertissimis verbis definiuit Gregorius Papa Ioanni Carolitano Episcopo scribens in *can. indicatum* 5. vbi plenè etiam *Glos.* 89. *distinct.* quem *tex.* refert quoque *Glos.d.canon. eos qui,* & *Gloss.* etiam in *can. clericum* 2.*in Gloss.*1. 11. *quæst.* 1. rationem referens;
86 Quia idem habet priuilegium familia, quod dominus: argumento eorum, quæ Vlpianus *lib.* 2. opinionum in *l.assumptio* 6. §.*filius in fin.ff.ad municipalem.* de Libertinis loquens docuit. *Libertini* (inquiens) *originem patronorum, vel domicilium sequuntur*, quem *tex.* allegat quoque *Gloss.in d.can. clericum* 2. *Bald.in l.*2. *C.de Episcop. & cleric.* sequiturque Proauus noster *Robert. Maranta in speculo par.*2.*in* 11.*distinct.iudiciorum num.*4. *Anton. Capic. decis.*21. *vbi Petra* addens. Latèque prosequitur, *Ioannes Anton. de Nigr. Campanien. in extrauagan. Clement.*7. *de vita, & honestat.clericorum à num.* 18. *cum seq.* vbi *num.*33. subnectit; huiusmodi familia-
87 res exemptos esse ab omnibus angariis, & muneribus Ciuitatis *Anton.Thesaur.decis.Pedemontana* 22.

per

per tot. præsertim *num.* 7. vbi id ampliat, si priuilegio à Principe sæculari indulto se potissimum muniret Ecclesia, quod ad amussim facto huic nostro sedet. *Iul.Clar.* & ipse §.*fin.quæst.*35. *num.* 28. vbi etiam *Baiard.num.*29. *Marius Antonin. variar.reso-*
88 *lut.lib.*1. *resolut.*75. *per tot.* Loquens præsertim in Notario Curiæ Archiepiscopali layco, illum siue in ciuilibus, siue in criminalibus fori priuilegio potiri, & nos alibi latius, vt lucem aspexerint, quam videre adhuc retenta sunt. *Carol. de Graß. de effectib.clericat. d.effectu* 1.*num.*128. *Petr.Cened. quæst. canonicarum quæst.*4.*num.*26. *Augustin.Barbosa d.allegat.*107. *num.*9. *Bellett. d.tit.de fauore clericorum reali*, §. 1. *num.*13. 14. *& seq. Gratian.*Rotæ Marchiæ *decis.*233. *num.*3.*&* 4. & latius *disceptationum forens.par.*2.*cap.*340. *à num.*1.*cum seq.* quia nimirũ domini priuilegium ad familiares quoque extenditur. *Marcell. Vulp.in prax.iudiciali, cap.*41. *num.*50. *Genuen.in praxi Episcopali cap.*9.*num.*6. impressione Romana anno 1609. *Marta de iurisdict.par.* 4.*cap.*111.*num.*3. *Ioann. Baptista Ciarlin. controuersarum forens.cap.*20.*num.*14.*& seq.& num.*34.*& seq. Card. Tusc. tom.*3. *litt.B. Ecclesia conclus.*27.*à num.*19. *cum seq.* & latissimè *Diana* alios referens *d.par.*6. *tract.*2.*de familia Nuntij Apostolici resolut.*2.*&* 3. referens etiam mandatum Sanctissimi Domini nostri Vrbani. Sacræ Congregationis, & mandata relaxata
89 dicti Sanctissimi ordine ab A.C. quicquid alias Regens *de Ponte d.tract.* manuscripto de *Iurisdict. cap.de Tertiarijs, oblatis, familiaribus, & seruientibus clericor.* dixerit. Cùm sit hoc priuilegium iure communi Clericis, ac potissimum Episcopis competens, *d.cap.fin.de offic.Archid.* vbi scribentes. neque

F enim

enim diutiùs nunc in hac re immorari nobis permissum est, ad alia properantibus. adde his omnibus *Octauianum Caracciolum* Siculum, qui post hæc scripta ad nostras deuenit manus *tract. de fori priuilegiator. remissione in proemio num. 65. & 66.* & in familia Clericorum post alios *Diana* refert *p. 3. tract. 1. resolut. 47.*

Deinde quod contra nos deducunt est, quod vigintiquinque aliis hominibus patentes litteras demus, quos aggregatos appellamus pro seruitio ecclesiarum, hosque à iurisdictione sæculari exemptos, atque etiam à grauaminibus, solutione fiscalium, eisque arma deferendi facultatem faciamus.

Sed falluntur omninò, neque sciunt quid dicāt: ex suo enim eorum Marte hæc cōfinxerunt, vt quid in animo lateret apertum facerent. Non ab re proinde Democritus Philosophus apud Laertium: „ *Orationem vitæ simulacrum; quandamquè veluti vm-* „ *bram esse,* dicebat. Et quidem nihil veriùs. Nam nullo in speculo meliùs, expressusque relucet figura corporis, quàm in oratione pectoris imago repræsentatur. Neque seciùs homines ex sermone, quàm ærea vasa ex tinnitu cognoscuntur. & apud Græcos tale carmen celebratum erat.

„ *Hominis figura oratione agnoscitur.*

Nec absimile argumentum est, quod, qui in domo Caiphæ Principis Sacerdotum in atrio erant, cum illi intus Dominum iudicarent, Petro fecerunt, *Matth. 26. 74.* dicentes: *Verè & tu ex illis es:* „ *nam & loquela tua manifestatum te facit.* Vnde rectissimè dictum est à quodam ex veteribus: *Loquen-* „ *di magistros nos habere homines: tacendi verò Deos.* Ex

eorum

eorum itaque loquela se produnt Aduersarii, se ipsos non intelligere, quæ dicunt: neque legisse
92 priuilegium à V.V. Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Calabriæ anno 1172. Berto Episcopo, & Ecclesiæ Iuuenacen. datum, quo potestatem
„ indulsit *vigintiquinque homines affidandi ad opus*
„ *ipsius Ecclesiæ, iuxta vsum & consuetudinem Ecclesia-*
„ *rum, & Baronum illorum partium, qui potestatem*
„ *habent homines affidandi*. Sunt ergo & hi viginti quinque homines etiam, & ipsi Affidati, & eodem iure censentur, atque alii quadraginta. Vnde ergo habent, nos illos vocare aggregatos pro seruitio Ecclesiarum? Certè ipsi confixere. Crescitque iudicium, quod inferunt ad clericos siluaticos, dicentes.
„ *Che si bene per la sacra Congregatione nell'anno 1623.*
„ *fù fatto decreto, che à questi tali, qual si chiamano Sel-*
„ *uagi, che si pigliano per seruitio delle Chiese se li faccia*
„ *godere l'imunità dell'esettione del foro per le cause cri-*
„ *minali, nelle cause ciuili sia esente la loro persona, facen-*
„ *doli franchi da tutti li pesi personali, e non d'altri du-*
„ *rante il seruitio, come si legge nel seguẽte, &c.* Sed satis longè inter se distant hi clerici (siluatici) nuncupati, ab Affidatis. Affidati enim hos ex priuilegiis habemus: Clericos verò siluaticos ex vniuersali consuetodine in toto regno. vt est titulus in *pragmaticis* Regni *de clericis, & diaconis siluaticis*. & diximus nos in nostro *Apologetico à num.* 289. nec in
94 dubio reuocari potest hos clericos siluaticos, quãuis nullo clericalis militiæ ordine signentur, ex sola ipsa deputatione seruitio Ecclesiarum, inter
95 personas Ecclesiasticas agnosci, *priuilegio canonis nõ*
„ *gaudere, fori verò priuilegio in criminalibus omninò,*
„ *in ciuilibus quo ad corporis districtionem tantùm, &*

 „ *im-*

„ *immunitatem ab omnibus personalibus oneribus, non*
„ *autem ab alijs, durante seruitio frui debere. Ni maiori-*
„ *bus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima*
„ *consuetudine: cuius cognitionem, & declarationem in*
„ *casu controuersia eadem Sacra Congreratio sibi reser-*
„ *uat, illam debere attendi: cognitionem verò aliorum*
„ *pramissorum ad Ordinarios pertinere*: vt decreto prę-
96 fato decarnitur, quod pro se ad verbum Aduer-
sarij retulere; approbauerunt propterea illud, vt
stare eidem eos oporteat. ad *tex. in cap. cum olim*
19. in fin. vbi Gloss. verbo *ostendebat de censibus. cap.*
cum venerabilis 6. vbi Doctores de except. l. cum præ-
cum 9. C. de liberali causa, l. 2. §. editiones, ff. de eden-
do. Rota apud sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis. 238.
num. 5. vbi Beltramin. num. 15. & apud Illustrissi-
mum *Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis. prima*,
num. 4. par. prima, deduximusque in *d. Apologetico*,
97 *num. 150. par. 3.* nostrarum responsionum Quem-
admodum in Eclesia nostra Sanctæ Mariæ Iuue-
nacen. ex priuilegio Regis Ferdinandi anno 1473.
eidem indulto patet, quo cauetur, iudicibusque
secularibus mandatur sub pœna ducatorum mil-
„ le Regio Fisco applicandorum: *Quatenus de cate-*
„ *ro clericos Iuuenacen & ipsius diocæsis, omnesque*
„ *Ecclesiasticas personas, nec non animalia eorum, &*
„ *ipsi Episcopo, & Ecclesia seruientes, pro quibusuis cau-*
„ *sis tàm ciuilibus, quam criminalibus realiter, & per-*
„ *sonaliter quouis quæsito colore, vel causa capi, carcera-*
„ *ri, citari seu molestari in personis, vel bonis non de-*
„ *beatis, & si aliquem cepistis, seu carcerastis de ipsis,*
„ *etiam pro quocumque delicto, ciuili, vel criminali, il-*
„ *los, seu illum ad ipsum Episcopum tanquam eorum*
„ *Iudicem ordinarium remittatis, amplius vos in præ-*
dictis

„ *dictis non intromittentes. & contrarium non faciatis,*
„ *nec fieri permittatis, &c.* Ita Ferdinandus Rex. Omnesque Ecclesiasticas personas dixit: nullam itaque ex eis non compræhensam dimisit, qui omnes inclusit, quocumque modo Ecclesiasticæ per-
98 sonæ sint. Nihil enim excludit, qui omne dicit. *cap. solita 6.§. nos autem.* & ibidem *Gloss. in fin. de maiorit. & obed. can. si Romanorum. 1. §. quibus ad*
99 *hæc 19. dist. l. à procuratore 13. C. mandati.* Vt omnia quoque singularia singulatim enumerata censeantur, secundum *Gloss. in can. sunt nonnuli 115.* verbo *ab omni 1. quæst. 1.* diximus *respons.* nostra 11. *num.* 59. & *respons.* 35. *num.* 18. *par.* 1. & *respons.* 79. *num.* 8. & 9. *par.* 3. Non videntur proinde ab huius priuilegij comprehensione seclusi, neque clerici siluatici, neque aliæ Ecclesiasticæ personæ ad nostram Ecclesiam pertinentes; veluti Affidati, quos inter Ecclesiasticas personas agnosci in alia nostra responsione pro ipsis data ostendimus.

100 Cœtera verò, quæ in hac parte aduersus clericos siluaticos asseruntur, quòd in vsu non ante fuerint, nisi in Prouincia Calabriæ, quòd non ab Episcopis, sed à sindicis eligebantur; quòd erant personę vilissimæ; quòd fori priuilegio gauisi numquam antea fuerint, & alia huiusmodi; vtputa nulla probatione firmata, curanda minime sunt, vt responsione non egeant: liceatque illis dicere,
101 quod Aristotelem philosophorum principem dixisse veteres ferunt, cùm in pentateucum Moysis incidisset, illudque lectione percurrisset, nesciretque historiam diuinam esse, quòd verum Deum non nosset:

„ *Hic vir multa dicit; sed nihil probat.*

Præ-

Præterquam quod Regni pragmaticæ in titulo de Clericis, & Diaconis ſiluaticis, indiſtinctè loquun-
102 tur, neque ſe ad certa loca reſtringunt, vt indiſtinctè exaudiendæ quoque ſint. *l. non diſtinguemus 38. ff. de recept. arbitris. l. de pretio 10. ff. de publicana in rem act. dicto cap. ſolitæ 6. in fin. de maiorat. et obedient. Rota apud Achill. de Graſſ. deciſ. 2. num. 3. in regula de publicand.* noſter *Maranta in ſpeculo 6. par. in primo membro iudicij de citat. nu. 33.*
103 *in 26. limit. Barboſ. aſſiom. 11. 136. num. 4.* Sedet proinde his non inconcinnè, quod in prouerbiis habetur, *occultas habere manus* (quod in ſuperioribus alio ſenſu retulimus) de his, qui promiſſa, velint exhiberi re, non oratione tantùm, ita *Plautus* in Aſinaria de Lena quadam adoleſcenti aureos mõtes pollicenti, cum illa nihil commoueretur promiſsis, dixit.

„ *Cum à piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio,*
„ *Si æs habent dant, dant mercem: eadem nos diſciplina vtimur.*
„ *Semper oculatæ noſtræ ſunt manus. credunt quod vident.*

Et idem in Trucelento.

„ *Manus vetat, priuſquam penes ſe ſe habeat, quicquam credere.*

Et Chærea in eunucho apud Terentium.

Fac ſis, nunc promiſſa appareant.

Propertius quoque lib. 1.

„ *Cui non ante patet, donec manus attigit.*

In ſacris etiam litteris 1. *Ioan.* 4. 1. admonet nos
105 Apoſtolus, & Euangeliſta, quem diligebat Ieſus:
„ *Chariſſimi* (inquiens) *nolite omni ſpiritui credere;*

„ *ſed*

sed probate spiritus si ex Deo sint. Rationem carpimus ex Paulo 2. *ad Corinth*. 11. 13. *&* 14. rationem & ipse reddente Corinthijs, quare nihil ab illis acceperat in necessitatibus suis, non quod non illos diligeret, sed ne occasionem obloquendi præberet: *Nam* (inquiens) *eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi*.
105 *Et non mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum*. Et vsurpauit doctissimus ille vir Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ Episcopus Innocentius Tertius in *cap. licet quibusdam* 18. §. *si vero probabiliter dubitetur de regularibus* dicēs, rationem & ipse reddens. *Ne forte angelus Satanæ in lucis Angelum se transformet*. & Augustin. *can. episcopi* 12. *et can. nec mirum* 14. 26. *q*. 5. Scitè igitur, satisque cautus expertus quidam ex partibus Diabolo respondit, qui Christum simulans, eidem apparuerat, vt eum deciperet, clausis oculis, ne cerneret quidem eum, dicens: Nolle se in hac vita Christum videre: sat sibi esse si in altera vita conspicere eum posset. sic confusus diabolus discessit. Non itaque
107 credimus his, quod ipsi dicant, nisi quod dixerint probent, probare namque spiritus debemus, an ex Deo sint, qui infallibilis veritas est. *Nisi videro, et tetigero* (Thomas dixit Apostolus *Ioan*. 20. 25. *non credam*, & nos credemus hominibus, nisi probauerint, quæ dixerint. Morale enim est omni-
108 bus (*Ambrosius* dixit in commentariis In Euangelium *Lucæ* 1. *lib*. 2. *post init*.) vt qui fidem exigunt, fi-
109 dem astruant. Sic Gabriel Angelus nuncians Mariæ Virgini verbi Dei in vtero incarnationem.

Ecce

Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Lucæ 1. 31. Cum illa dixisset.
„ *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*? Re-
„ spondens Angelus, fidem quam exigebat adstru-
„ ens: *Spiritus sanctus superueniet in te, et virtus Altis-*
„ *simi obumbrabit tibi. Et ecce Elisabet cognata tua, et ip-*
„ *sa concepit filium in senectute sua, et hic mensis est sex-*
„ *tus illi, qua vocatur sterilis: quia non erit impossibile*
„ *apud Deum omne verbum*. Si generauit sterilis: Cur non poteris virgo generare? Cum nihil sit apud Deum impossibile? *Et ideo Angelus (Ambrosius* sub-
„ nectit loco paulo ante relato) *cum abscondita nun-*
„ *ciaret, vt fidem astrueret exemplo senioris fęminæ, ste-*
„ *rilisque conceptu Virgini Mariæ nunciauit: vt possibile*
„ *Deo omne, q; ei placuerit, assereret*. Probare igitur eos oportet, quæ dicunt; alioquin non credimus eis.

110 Quibus accedit & alia ratio, cur hi admittantur clerici siluatici; ne, cùm clerici initiari non possint, quod neque legere, neque scribere nouerint, sint ipsi ab hoc omnino extorres priuilegio, Deo in Ecclesia inseruiendi. inde Ecclesia, ne eos secluderet, hoc admisit. Nam in *d. can. duo sunt genera* 7. 12. *quæst*. 1. inter personas Ecclesiasticas clerici numerantur, & Deo deuoti, vt sunt conuersi. quia ad Deum conuersi sunt. vt *Glass.* ibidem explicat. & nos in nostro *Apologetico n. 298. et seq. par. 3.* Quemadmodum in religionibus nedum sunt Monachi, qui choro in diuinis laudibus canēdis destinati sūt; verum & conuersi, oblatique, aliique id genus homines Deo seruientes. *can. vt lex continentiæ* 42. 26. *q*. 1. *c. cum ad monasteriū* 6. *de statu monachor*. Vanū est ergo omne id, quod obmussitant Aduersarii.

Hanc ob causam nec credimus eis, dum volunt,

non

non prodesse nobis priuilegia indulta nobis, & Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ per antecessores Regni Reges, quòd vltra quingentos annos indulta illa fuere, neque in vsu fuisse; euanuisse proinde, quod per non vsum priuilegium amittatur: dicuntque claram, atque obfirmatam iuris maximam es-
111 se, amitti priuilegium si per decennium priuilegio non vtatur priuilegiatus, ex *tex. in l. prima, ff. de nundinis*. & hanc esse cõmuniorem doctorum omnium sententiam post *Felinum in cap. cum accessissent num. 14. de constitut.* & Regentem *Tappiam in tract. de constitution. princip. par. 2. cap. 1. sub num. 5.*
112 Et saltim in Ecclesia quadraginta annorum spatio per non vsum interuerti priuilegium, ex *Abb. in eodem cap. cum accessissent. sub nu. 8. & can. placuit 15. §. hac de præscriptionibus inter priuatos 16. q. 3. & can. iubemus 16. §. de præscriptionib. ead. caus. & q.*

Rationem verò, quare non credimus eis reddimus: quia plura sunt, quæ eorum obstant dictis. neque illa ita sunt firma, vt ipsi (quamuis non firmo iudicio) putant.

Primo, quia quingentorum annorum lapsus, ex quo priuilegia per prædecessores Regni Reges nobis, Ecclesiæque nostræ Sanctæ Mariæ indulta fue-
113 re, proficit, non obest nobis. Quoniam tempus ipsum habet vim famæ, & præsumi facit vsum in antecessoribus nostris antiquis, quia vim legis obtinet. *can. diuturni mores 6. dist. 12.* veluti de iure patronatus laycorũ, quod ex priuilegio Ecclesiæ competit laycis, vt animosiores illi reddantur ad Ecclesias fundandas, atque beneficia erigenda, dixit *Rota* in vna *Burgi sancti Domnini iuris patronat. 20. Iunij 1622. coram Merlino decis. 17. nu. 2. apud Viuia-*

G num

num in praxi iuris patronatus: præsertim, quò dia
114 sancta Visitatione per Illustrissimum Ioannem Antolinez de Britianos de la Ribera Hispanum, Episcopum Iuuenacen. anno 1553. priuilegia præfata inuentariata fuere, & in inuentario singulatim descripta. habuit proinde de priuilegiis notitiam. Lapsus propterea temporis præsumptionem non leuem tribuit, vsum illum priuilegiis præfatis fuisse.

115 Alioquin frustraneè priuilegia ipsa in registrũ retulisset. Nemo verò præsumitur frustra operari. iuxta Vlpiani sensum in *l. 3. ff. de militari testament.*
,, dum sequentibus loquitur: *Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia, sed magis vtroque genere voluisse, propter fortuitos casus*. quisque igitur consultò operari præsumitur.

116 Quemadmodum lapsus ipse temporis, decem quoque annorum, præsumi facit solemnitates exteriores in aliquo actu requisitas intercessisse, vti de consensu patris filio ad adeundam hæreditatẽ, dixit *Gloss.* notabilis in *l. si filius familias* 10. verbo *detinuit circa fin. C. de petitione hæredit.* quam sequitur *Baldus in l. prima, colum. 11. vers. sed quid si pater. C. qui admitti.* admittitque *noster Marantia* Proauus *cons. 66. nu. 4. & de multiplici alienat. nu. 133. & 134. Felin. in cap. illud, num. 5. vers. & pro istis de præsumptionibus Couar. practicar. quæst. cap. 20. num. 7.* & sequuta fuit *Rota in vna Regien. Iurispatronat.* 16. *May* 1623. *coram Pirouano, decis. 16. num. 10.* apud eundem *Vinian. Gloss. in cap. continebatur 2.* verbo *non post multum, de iis, quæ fiunt à prælat. sine consensu capit.* Idem *Felinus in cap. Albericus colum. 2. num. 3.*

de

de testibus,& de communi testatur *Anton.Gamma* *Lusitan.decis.49.num.3.& decis.83.num.2. Afflic.decis.107.num.5.Rota apud Cardinal.Caualer.dec.613. num.2. & seq.* potissimum verò, quod priuilegia concessa fuere motu proprio dictorum Regum,vnde cum lapsu temporis, illorumque obseruantia, probatione alia non egent.vt dixit *Rota in Conchen. exemptionis decimarum 30 Ianuarij 1589.coram Orano decis. 240.num.3. par.4. diuersorum* collecta per *Farinac. Caputaq.dec.381.nu.2.par.2.per Innoc. in cap.Abbate de verborum signif.& Imol in Clem. litteris col.3.propè fin. de probat.*

Deinde, quia immediatus prædecessor noster Illustrissimus Iulius Masius facultate sibi per priuilegia indulta, Affidatos habendi, vsus est; in qua facultate etiam vnicus actus sufficit,nedum ad acquirendam, sed etiam ad retinendam possessionem.ad *tex. in cap.cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possessionis,& proprietatis.*& ibidem *Gloss.* verbo *breuitatem temporis . tex.in l.fin. C.de seruitutib.& aqua.* quem allegat *d.Glos.cap.cum Ecclesia.*vbi etiam *Abb. num.23. & Ripa num.52. Rota par.2. diuersorum,decis.17.num.1. & seq. Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellariæ gloss.45. §.2.nu.29. Vincent.Anna allegat.131. num.1.& 2.Macerateu.variarum resolutionum, lib.1.* 119 *resolut.163.num.13.*Loquens in quasi possessione iurisdictionis.*Rota apud Card. Caualer.decis.655.nu. 2.Ioann.Francisc.de Ponte* Regens, de quo Aduersarii maximè exultant *decis. Regij Collateralis Concilij 18.num.28.& seq.ac presertim num.12.* loquens de possessione vigore priuilegii, *etiamper vnicum actum.* ad *text. in cap.cum personæ 7. de priuileg. in 6.* Et nos ipsi, ex quo ad hanc Ecclesiam assumpti

(quamuis immeritissimi) fuimus, & in hac ipsa
120 possessione sumus, etiam sciente, & patiente Principe Cellæ Maris, eiusque ministris. iuxta tradita per *Rotam in antiquis decis. 23. alias 2. de causa possessionis, & proprietat.* quam sequitur *Caputaquen. decis. 165. num. 1. par. 3. & Rota apud sancta memor. Gregor. XV. decis. 312. num. 3. tex. in l. 2. vbi Gloss. & doctor. C. de seruitutib. & aqua. Doctor. in d. cap. cum Ecclesia Sutrina 3. vbi Abb. num. 25. et Ripa num. 64. de causa possess. et propr. ietat. Rota apud Coccinum, decis. 26. num. 4. et apud Card. Manticam decis. 322. num. 4. Gonzal. d. Gloss. 45. §. 2. num. 33. Gratianus forens. par. 4. cap. 614. num. 14. Rotæ par. 1. diuersor. decis. 803. num. 7.*

121 Præterea priuilegia ipsa non hoc vnum de Affidatis emolumentum complectuntur; sed alia etiam, quibus antiqui illi Reges liberales erga Ecclesiam Sanctæ Mariæ, eiusque Episcopos se exhibuerunt; vtputa decimas omnium rerum, atque iurium omnium Doganæ, & Paschalem Cæreum in singulos annos soluendum. At in his omnibus in possessione sumus exigendi, sicut & prædecessores nostri fuere. Cur (quæso) in hoc vno de
122 affidatis non erimus? Quia profecto origo attenditur vnde ius possessionis radicem habet. vt dixit *Rota apud Cantuccium d. decis. 17. num. 2. & 10. par. 1. diuersorum. Rota apud sancta memor. Gregoriũ Decimumquintum, decis. 557. num. 2.* vbi *Beltraminus* „ addens *num. 9.* docens: priuilegium continens „ plura capita conseruari in totum, si quoad quædã „ in exercitium deductum fuerit. & dixerat antea *Rota apud Cardin. Seraphin. dec. 1043. nu. 4. & apud Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis. 274. nu. 1. par. 2.*

se-

sequiturque *Posthius de mandato de manutenendo obseruat.73.num.*150. & deduximus in dicta responsione pro affidatis *num.*87.& 88.

123 Deinceps, quòd priuilegia huiusmodi per Antecessores Reges indulta fuere Ecclesiæ S. Mariæ, eiusque Episcopis in remissionem peccatorum, atque proinde ob causam: qua de re in cōtractum transiuere, vt post alios sequitur doctissimus ille vir ex Societate Iesu *Thomas Sanchez de matrimon. tom.2.lib.8.disput.33.à nu.1.& seq.ac nu.*8.quem etiā sequitur *Pater Franciscus Suarez*, ex eodem Illustrissima Societate Iesu *de legib.lib.8.cap.*38.*num.*3. *Surd.consil.*419.*num.*26.*&* 56.*&* 57. *ac sequent.lib.*3. *Mandasius de priuileg. ad instar. Glos.* 15. *num.* 17. *&* 19.aliique, quos dicta nostra responsione retulimus *nu.*96.

124 Cæterum neque Episcopi huic priuilegio de affidatis in successorum præiudicium, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nedum per non vsum, verùm multo minus expressa renunciatione præiudicium inferre potuere; fuisset equidem alienationis species, quæ ipsis in rebus Ecclesiæ interdicta omnino est ex iuris censura.*cap.*1.*& seqq.ac cap. nulli liceat* 5.*de rebus Ecclesiæ alienand. extrauagans*. Pauli Secundi *ambitiosæ vn. de rebus Eccles. non alienand. Decianus consil.66.num.65.volum.3.Iacobus* Berretta *consil.*13. *num.* 9. *Menochius de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.*41. *num.*7.8.*& seq. Surd.d.consil.*419.*num.*29.*&* 30.*lib.* 3.*Caputaquens.dicta decis.*381.*num.*5.*par.*2. sequuta fuit *Rota in d. Conchen. exemptionis decimarum coram Orano d. decis.*240.*num.*4.*par.*2. *diuersorum.* deduximusque dicta responsione nostra pro hac re *num.*119.

125 Et

125 Et demum, quod ad infringendum priuilegium hoc ad minimum legitima perquirebatur præscriptio per spatium quadraginta annorum, quæ nonnisi post prohibitionem currit, vt ad *text. in dict. cap. cùm accessissent* 8. *& Felin. ibid. num.* 27. *atque Abbat. de constitut.* nec dissentiri videtur Caius lib. 7. ad edictum Prouinciale in *l. hæc autem iura.* 5. *ff. de seruit. urban. prædior.* quatenus decernit, ad libertatem seruituitutis præscribendam, non sufficere non vsum alterius, sed requiri etiam factū præscribentis, & ita etiam secundum Bart. summarium. sequitur *Marcus Antonius Genuensis* Episcopus Isernien in *practicabilib. Ecclesiast. quæst.* 154. *num.* 3. *&* 4. *Caputaquens. decis.* 382. *num.* 1. *par.* 2. *& decis.* 380. *num,* 3. *ead. par.* 2. *Menoch. dicto lib.* 6. *præsumpt.* 41. *num.* 1. *cum seqq.* Barbosa *in collectan. ad decretal. d. cap. cum accessissent de constitut. num.* 5. *& seq. Rota apud Card. Crescentium decis.* 69. *alias* 4. *de priuileg. num.* 4. potissimum verò si successiuum tractum priuilegium habeat, vt in nostris hisce priuilegiis est. & plenè sequitur *Pater Suarez de legib. lib.* 8. *cap.* 35. *à num.* 11. *cum seq.* & cum primis in his, quæ sunt facultatis. *Abb. cons.* 18. *Primò, quod communitas col. penult. verbo oportet, par.* 2. quem sequitur *Cardin. Tuscus tom.* 6. *littera P. priuilegium conclus.* 755. *nu.* 12.

Nec suffragium vllum fert Aduersariis excogitatum inuentum; vt respondeant vsui Affidatos hasiendi etiam per Illustrissimum Iulium Masium nostrum prædacessorem. Quod Dalmatæ, quos ille potissimum retinuit, vulgo Sclauones nuncupati, & exteri erant, & in loco degebant Sancti Martini.

Quia

Quia nimirum priuilegia absolutè facultatem dant Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, eiusque Episcopis habendi homines affidatos, neque distinctionem
126 vllam faciunt, an Ciues, an exteri esse debeant. vt neque nos etiam distinguere oporteat, *d.l.non distinguemus 37. ff.de recept.arbitris d.cap.solitæ 6.de maiorit.et obed.* Barbosa *axiom.*136. *nu.*4. & tamen dictus Dominus Iulius Masius, & Ciues, & exteros affidatos habuit, potissimum verò Hieronymum Moncellum, quem caput, & ducem constituerat Dalmatarum, & alios, vt in facto probatur. Retinuit autem illos in loco S. Martini nuncupato, in quo est domus Episcopi, & maxima pars territoriorum mensæ Episcopalis, quia frequens erat dictus Dominus Episcopus in dicto loco, & in illo etiam ad mensem degere consueuerat, vt securius viueret; seque perditæ farinæ homines dictorum Dalmatarum timore à furtis, & latrociniis, atque rapinis tēperarent, cùm sit locus apertus, neque ab aliis ha-
127 bitatus. Non itaque in diuersum argumentum trahendum erit, vt rem per quam apertissimam, quam negare non possunt, in diuersum trahant; aduersus Iaboleni sensum *lib.* 9. epistolarum in *l.cum qui ædes* 23. *§.accedit eo ff.de vsucapionib.* rationem reddentis sui dicti. „ *Quod absurdum, et minime iuri* „ *ciuili conueniens est, vt vna res diuersis temporibus ca-* „ *piatur.* In diuersum itaque trahere argumētū haud debent. Sed vt magis nostros conuincamus Aduersarios, huic nobis, respondeant dilemmati. Vel poterat Dom. Masius Episcopus habere Dalmatas prædictos, illosq. (vtiq. laycos) in suā habere iurisdictionē, atq. armatos retinere; in ciuilibus, & criminalibus agnoscere, & iudicare, vel non poterat? Nō po-

poterat vtiquè respondebunt. Quia aduersatur
hoc regali iurisdictioni; vt Episcopi, nec intuean-
tur quidem laycos, ne dixerim illos iudicent, in
suamque trahant iurisdictionem, ne in alienam
messem manus ponant. At retinuit Dominus Ma-
ssius Dalmatas prædictos, eosque in suam iurisdi-
ctionem habuit: cognouit, iudicauit & nemo fuit
128 vnquam, qui ei diceret: Cur ita facis? An verè
cognoscebant illius temporis homines, quod be-
ne faceret, suoque vteretur iure? vt argumento
vtamur, quo quidam apud *Ioan. 7.26.* vli fuerunt
de Christo loquentes: *Nunquid vere cognouerunt*
Principes, quia hic est Christus? quia nimirum ad-
mirabantur quidam ex Ierosolymis; quòd palàm
cum loqueretur Christus de diuinitate sua, nihil
tamen ei dicebant: *Nonne hic est, quem quærunt*
interficere? Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt.
argumento etiam regulæ, *qui tacet 43. de regul. iur.*
in 6. Cognouerãt itaque illius temporis homines,
quòd iure suo vteretur Dominus Episcopus Ma-
ssius, idcirco nihil ei dicebant. vt omnes deponunt
testes ad reuelationem monitorialium examinati.
perche stauano sotto del dominio di detto Monsignor
Masi, & sua giurisdittione. Vigore ergo priuilegio-
rum sanctæ Mariæ, & Episcopis indultorum hoc
fecit. Conseruauit itaque priuilegiorum vsum,
129 quoad affidatos habendos. Cum alioqui priuile-
gia vsu recepta præsumantur. vt dixit *Rota apud*
Cantucium, decis. 67. num. 2. et seq. par. 2. diuersor.
& sequitur *Ioan. Baptista Ciarlinius controuers. fo-*
rens. cap. 67. num. 10. vt ei propterea incumbat
130 probatio, qui se fundat in non vsu, vt sequitur
Rota

Rota apud Cardinal. Crescent. d.decis.4. num.2. de priuil. Mascard.conclus.1332.num.3.par.3. si itaque Domino Masio prædecessori nostro licuit: Cur non vtique licebit nobis? At prædecessoris pos-
131 sessio etiam successori proficit, præsertim dignitati, quæ nunquam moritur. *Guid. Pap. decis. 629. num.2.& seq.* quæ fuit canonizata in Rota, vt testatur Illustrissimus *Duranus* Episcopus Vrgellen. *decis.21.num.2.par.1. & Rota apud Coccin. d.decis.26. num.3.* & diximus latius in *d.nostra respons.* pro hac eadem re, *num.92. & 93.*

Nec eorum proficit argumentum, quo vtuntur, vt priuilegia abnegent, dicentes: illa chartulas es-
132 se, & proinde, cum non sint in forma probanti, non probare. vt dixit *Rota apud Cardinal. Seraphin. decis.910.num.3.*

133 Tum quia priuilegia præfata extracta fuere in synodo diœcesana mãdato Episcopi per notarium publicum synodalem, atque synodo ipsi inserta, ac synodali decreto approbata. Sunt proinde authentica, quamuis pars citata minime fuerit ad videndum extrahi. *Felin.in cap.vltimo num.9.vbi Hostien. Imola, atque alij de fide instrument.* sequuta fuit *Rota apud Cardinal. Canaler. decis.205. num. 2. & decis. 580. num.1. & sequent. Mascard.de probationib. tom. 2.conclus.511. num.17. & seq. Genedus ad decretales. collectan.132. num.1. Barbos.ad d. cap.fin. de fide instrum. num.1.*

134 Tum etiam quia fuerunt extracta ab Archiuio Ecclesiæ, qui conseruatur per Deputatos à Capitulo, & Episcopo; & per Notarium publicum, qui de hoc attestatur, à suis propriis originalibus, quæ in eodem Archiuio conseruantur. ad *tex.* in *cap.ad*

audientiam 13. *de præscript.* ibi: quia non fuerat in Camera; hoc est in Archiuio, vt perpēdit *Cacheran.* Osaschi Dominus *decis.* Senatus Pedemontani 69. *nu.*5. plures referens; quem admittit *Rota apud Cardinal. Caualerium dicta decis.* 205. *nu.* 2.

135 Tum quoque quia priuilegia prædicta inuentariata pariter reperiuntur in sancta Visitatione, ac singulatim enumerata in inuentario sanctæ Visitationis per Illustrissimum Dominum Episcopum Ioannem de Britanos anno 1553. vt hoc ipsum maximā faciat præsumptionem realitatis, & existentiæ priuilegiorum prædictorum propter antiquitatem facti. ad *tex. in dicto cap. ad audientiam* 13. *de præscript.* ex verbis Innocentii Tertii ibidem dicentis: *Nos igitur magis authoritatem priuilegij, quàm depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habemus.* Ex libro igitur censuali Ecclesiæ, quia concordabant cum illo priuilegia, ipsa valida esse, ac firma Summus Pontifex decernit. Idem proinde iudiciū si nos sequuti fuerimus, non vtique errauimus.

136 Habet quippe inuentarium pro se, ac veritate præsumptionem non nimiam, *l. fin. C. arbitrium tutelæ*, *Osaschus decis.* 181. *num.* 11. sequutaque fuit *Rota in Romana Legatorum de Vitellis*, 11 *Iulij* 1587. *coram Cardinali Bubalo decis.* 50. *num.* 11. *post primum volum. consil. Farinac.* & *in recentioribus par. prima tom. secundo decis.* 607. *num. primo.* In inuentario præsertim antiquo, atque authoritate Iudicis confecto, & Ecclesiæ, secundum *Afflictum decis.* 324. *num.* 14. 15. & 16. *Vincent. de Franchis, decis.* 103. *num.* 4. & 5.

138 Tum præterea, quia priuilegia ipsa probantur

cx

ex obseruantia quoque solutionis Decimæ, præsertim Doganæ, atq; etiam Cerei Pascalis, quam solutionem, nec Aduersarij ipsi abnuunt, illamq; vigore priuilegiorum. Obseruantia igitur ipsa hoc operabitur, vt plena fides scripturæ adhibeatur: in facto præsertim antiquo. *Aymon. consil. 191. nu. 4. & consil. 274. num. 6.* sequuta fuit *Rota apud Cardinal. Seraphin. decis. 928. num. 1. & 2.* Neque enim fieri potest, cum sint quoad decimam, & Cereum Paschalem firma priuilegia, quoad alia, vt infirma sint, & charitulæ, vt Aduersarij (vt perbellè se ab ar-

139 gumenti Laniena expediant) amant. Cùm res eadem, eademque scriptura diuerso censeri iure minime possit, sed vel in totum approbari, vel in totum reijci. *ad tex. in l. eum qui ædes 23. ff. de usucapionib. cap. cum in tua 30. in fin. de decimis can. cognouimus 29. in fin. ubi Gloss. fin. 12. quæst. 2. Rota in Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Domino Coccino Decano decis. 93. num. 84. par. 5. diuersorum, & nouissimarum. Barbos. axiomat. 74. num. 4.* potissimum

140 verò si eadem ratio, idemque respectus idem suadeant, vt notauit *Navarr. consil. 3. num. 6. lib. 2. de foro compet.* & sequuti fuimus nos *respons.* nostra 69. *nu. 21. & 22. par. 3.*

Tum demum, quod priuilegia ipsa ad instructionem Dominorum de Collaterali Consilio producta fuere, vt erroneas assertiones Principis Cellæ maris, quòd homines armatos teneremus, veritate priuilegiorum conuinceremus, neque enim iudicium hoc formatum fuit, præsertim cùm ex eorum decantata maxima: *Actor rei forum sequatur.* &

141 nos conuenimur, non conuenimus. Iudex verò noster competens Sanctissimus Dominus Papa est.

ad *tex. in cap. qualiter: & quando 24. de accusat.* quem innouauit sacrosancta Tridentina synodus *sess. 24. cap. 4. de reformat. & sess. 13. cap. 6.* in eadem materia *reformat.*

142 Neque dicant, vt priuilegia ipsa infringant Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ: Constantiam, quę primum priuilegium anno Domini 1112. indulsit, Regni Reginam minime fuisse, sed Regis Francorum filiam, & illustris viri Boamundi Principis Antiocheni filii Ducis Roberti, Guiscardi nuncupati, vxorem. nullam proinde de priuilegio præfato rationem habendam.

Non inficias nos imus Constantiam Regni Reginam minime fuisse; verùm illam Principissam, & Tarenti, & Barii affirmamus, sicuti etiam, & Canusinæ Ciuitatis, & in tota Apulia, atque absolutam Dominam, vt post alios refert Pater *Antonius Beatillus Barensis* ex Illustrissima Societate Iesu *in hi-*
143 *storia Barensi à fol. 80.* & præsertim *fol. 88.* Vti Domina itaque, quid mirum est, si Iouenacen. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ sua erant, donare potuit, vt liberalitatem, & munificentiam suam erga Ecclesiam ostenderetè iuxta Iuliani sensum *lib. 12.* digestorum
104 in *l. 1. in princip. ff. de donat.* An non licet cuilibet ex suo arbitratu res suas moderari, atque elargiri? ad *tex. in l. in re mandata 21. C. mandati.* Quanto magis absolutæ Principissæ, & status sui dominæ, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, *auth. ingressi, & auth. si qua mulier C. de sacrosanct. Eccles.* canonizata *in can. si qua mulier 9. 19. q. 3. Rota apud sanct. memor. Gregor. XV. decis. 29. num. 1. & apud Cerrinum Decanum decis. 267. num. 10. Ioseph. Ludouic. de-*
145 *cis. Perusin. 93. num. 3. & sequen. par. 1.* Ex ratione,

quam

quam refert Caius Iure consultus in *l. non usque adeo 2. ff. si quis à parente manumissus sit.* protestans,
" ac dicens: *Quoniam iniquum est ingenuis hominibus*
" *non esse liberam rerum suarum alienationem.* Quanto magis Principibus viris, qui nullum recognoscunt in suo statu superiorem, vti dicta Constantia erat (vt non sunt huius temporis Principes ligij)
146 & in animæ suæ salutem eas sanctæ Mariæ dono dare, elargirique, ad *tex.* Alexandri Tertij in *cap. de ijs q. in fin. de sepultur. can. nulli dubium 1. 12. quæst. 5.*
147 Et nihilominus hæc ipsa facultas affidandi quadraginta affidatos, anno Domini 1134 Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ per Rogerium Siciliæ, & Italiæ Regum facta quoque fuit: denuoque eidem concedendo: *Ista* (inquam) *prædicta, & omnia*
" *illa quoque, quæ prædecessorum nostrorum priuilegiis,*
" *seu donatione iam sæpe dicta Ecclesia iuste, atque cano-*
" *nicè tenet, & possidet; vel quæ in posterum liberalitate*
" *Principum, oblatione fidelium, concessione Pontificum*
" *poterit adipisci, concedimus habenda, & tenenda, &*
" *perpetuo iure possidenda, sine nostra, nostrumque*
" *hæredum, vel successorum contrarietate*, adiecta etiam pœna in eos, qui contrauenire ausi fuerint.
" *Si quis vero, quod absit* (dicens) *magna, humilisque*
" *persona huius nostræ concessionis paginam, etiam in*
" *aliquo violare, vel interrumpere aliquo modo præsum-*
" *pserit, sciat se compositurum auri libras decem medie-*
" *tatem Palatio nostro, & aliam medietatem parti præ-*
" *nominatæ Iuuenacensi Ecclesiæ, præsensque decretum*
" *pristinum robur obtineat.* Sic itaque Rogerius Rex, cui nec obijci potest, quin Regni Rex fuerit: vt firma ab eo data priuilegia sint semper.

Insurgunt præterea, & tertio aduersum nos no-

uò prelio, nouisque armis.

,, *In quanto al terzo capo* (inqulentes) *che vuole il*
,, *vescouo far godere alli clerici selnaggi l'esentione dalla*
,, *giurisdittione secolare, etiam in ciuilibus, e da tutti li*
,, *pagamenti vniuersali, si dice questo essere contra la osse-*
,, *stabilite dalle Regie pragmatiche di questo Regno, quale*
,, *è la prima sotto il titolo de clericis, seu diaconis sil-*
,, *uaticis fatta nell'anno 1469. Che ordina alli clerici*
,, *coniugati, che vanno in habito, e tonsura godano il pri-*
,, *uilegio del foro tanto ciuile, quanto criminale per li lo-*
,, *ro delitti, e che non siano esenti dalli pagamenti vni-*
,, *uersali. Questa dispositione della prammatica è confor-*
,, *me à quella de' sacri Canoni, quali altro priuilegio non*
,, *danno alli coniugati, solo quello del foro in crimina-*
,, *libus, e del capit. si quis suadente, come s'ordinò nel*
cap. ex parte. e l'Abbate sopra quel testo de clericis con-
iugatis.

148 Certè quidem, vt videre videor, concinit, seedeque huic rei, quod in poetica post initium de quibusdam Horatius, Venusinus ille, dixit.

,, *amphora cępit*
,, *Institui, currente rota, cur vrceus exit?*

iam in superioribus in secūdo capite aduersus nos de viginti quinque hominibus affidatis loquentes, quos nos aggregatos nuncupare asseruere, naturam horum ingnorantes, ad clericos siluaticos digressi sunt, nunc ad siluaticos iterum redeuntes ad cōiugatos clericos pedes diuaricati sunt; vt sedeat,
149 quàm optimè ipsis, quod Titus Liuius quibusdam dixit: *Quid est quod cęlo terram, terrę cęlum mi-*
,, *sceant?* & alibi. *Quid tandem est, cur cęlum, ac terras*
,, *misceant.* vnde parœmiæ locus factus est. *Mare cęlo miscere.* dixitque Iuuenalis.

,, *Cla-*

„ *Clames licet, & mare cælo*
„ *Confundas, homo sum.*
vel vt etiam Virgilius 12. Aeneid.
Non si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens, cælumque in tartara soluat.

miscuerunt enim omnia. Et quidem quo ad clericos siluaticos, in superioribus respondimus, verbaque retulimus priuilegij Regis Ferdinandi, quo Ecclesiæ nostræ, & Episcopis indulsit, vt omnes Ecclesiasticæ personæ Iuuenacen. Diocœsis, siue in ciuilibus, siue in criminalibus, & in persona, & in bonis exemptæ essent, vnique Episcopo Iuue-
150 nacen. subiectæ. Sunt verò clerici siluatici Ecclesiasticæ personæ, quia Dei, Ecclesiæque seruitio addictæ. Fruuntur proinde in omnibus fori priuilegio. Quia priuilegio peculiari muniti nos sumus.
151 Iure ergo volumus, quod priuilegium (Priuata videlicet lex *can. priuilegia vbi Gloss. distinct. 3.*) nobis indulget, vt nostro vtentes iure nulli iniuriam inferamus, ad *text. in l. fluminum 24. fin. ff. de damno infecto*, & *l. Proculus att. 26. eodem l. nullus videtur 55. & l. factum 108. §. non videtur, ff. de regul. iur. cap. cum Ecclesia Vulterrana 31. circa fin. de elect. cap. nisi specialis 3. in fin. vbi Gloss. fin. de authorit. & vsu pallij*, diximus *respons. 22. num.* 10. *& respons. 26. nu.* 19. 20. *et seq. par. 2.*

152 Et hoc ipsum in clericis coniugatis procedet, cum & ipsi dum Ecclesiasticæ personæ sint, sed & clericali charactere insigniti, siue magis qualitate illa
153 clericali; quæ gradus magis dicitur ad alios ordines, siue initium quoddam sacri Ministerii, secundum *Couar. in cap. quia nos 9. num. 3. et 4. de testam. Anastasius Germonius* Tarantasiæ Archiepiscopus

de sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 15. num. 74. et 75. Pater Martin. Fornarius tract. de sacram. Ordinis cap. 7. nu. 1. qui est impressus ad calcem Cardin. Toleti *instruct. Sacerdot.* Vt multo magis hi priuilegio, nobis pro omnibus clericis, & Ecclesiasticis personis indulto, perfrui debeant.

154 Verùm, vt gratiam ineamus cum Aduersarijs nostris, admonitos illos volumus, non indistinctè admitti à Doctoribus *tex.* Bonifacij Octaui in *c. 1. de clericis coniugat. lib. 6.* Clericos ipsos coniugatos, qui cum vnica, Virgineque matrimonium iniuere, in criminalibus, & mixtis dumtaxat fori priui-
155 legio perfrui. Non enim pauci sunt, nec infimi nominis Doctores, qui illos in omnibus, siue criminalibus, siue mixtis, siue merè ciuilibus à laycorum Iudicum iurisdictione, & potestate exemptos esse, & volunt, & contendunt: inter quos antesignanus videtur Antiquus ille, grauissimique nominis Doctor *Lapus allegat. 40. An priuilegium concessum.* & ibidem *Mandos.* addens *littera* C. & *allega. 118. Quaritur non leuiter.* Rationes quam plurimas concinnans, quibus suam firmam facit sententiam. & ibidem *Mandosius littera A.* Do-
156 ctores quamplures referens. potissimum verò post sacrosanctæ Tridentinæ synodi decretum, *sess. 23. cap. 6. §. in Clericis verò coniugatis, in materia de reformat.*

157 Prima verò sit ratio. Quia indistinctè sacrum Concilium hos coniugio ligatos clericos ad clericatum admittit si vnicam, virginemque duxerint, atque in habitu, tonsuraque incesserint clericali, & in diuinis seruitio mancipentur. vt absonum valde sit, eos ab aliorum cetu clericorum abstrahere, ne

&

& ipsi in ciuilibus à fori priuilegio eximantur, quibus æquantur, ne nos distinguamus vbi sacro-
158 sancta Tridentina synodus non distinguit, contra expressam iuris determinationem in *d.l. non distinguemus* 37.*ff.de recept.arbitr.* aliaque per nos in hoc genere in superioribus relata. & hanc sequitur sententiam communiorem contra communem *Hieronymus à Cevallos practicarum quæstionum*, *tom.* 1. *quæst.*593. *vers. sed contrariam* post *Couarr. practicarum quæstionum, quæst.* 31. *Carolus de Graff. de effectibus clericatus, affectu* 1.*num.*81. & Episcopus Vici Equen; Dominus *Riccius*, decisionum Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, *decis.*320.*num.*5.*par.*4. non ab re dictionem illam perpendens (*nullatenus*) in tex. scriptam per Bonifacium Octauum in *d.cap.vn.de cleric. coniugat. in 6.* quæ cum negatiua sit, totum negat, cui adijcitur. omnem proinde remouet iurisdictionem à laycis iudicibus, ne illam in hos coniugatos clericos exerceant, siue in mixtis, siue in merè ciuilibus. Atque ita sacram iudicasse Romanam Rotam in vna *Motulen.* refert
nam extinguere ex Israel, vt nullus esset in clero, qui Deo seruiret: cum nobiles, diuites, Principes viri, Reipublicæ Magistratus magna stipentur seruorum, seruarumque caterua. Veniet certè super eos, quod idem Christus Dominus noster ijsdem Iudæis minatus fuit. *Matth.* 23. 38. dicens. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Pœnitentiam itaque agant ab hac nequitia, Deũq; rogent si forte remittatur eis, hæc cogitatio cordis eorum, iuxta Principis Apostolorum consilium ad Simonem illum magum. *Actuum* 8. 22.

Perdurat adhuc Aduersariorum nostrorum nobiscum prælium, & quartò nos ad ineundum certamen prouocant, sicque nos excitant.

„ *Per lo che tocca al quarto capo circa la prtesione*
„ *del Vescono di voler fare esigere contro li laici ad istā-*
„ *za de' Clerici per le decime, ò altre pretensioni: Si re-*
„ *plica questo essere il più perniciosо modo, e preiudicia-*
„ *le alla Regale iurisdittione, che si possa mai imagi-*
„ *nare, toccando la cogntione di queste cause al Giudice*
secolare, e non all' Ecclesiastico.

224 Decimarum itaque exactionem, congnitionemque ad laycum spectare Iudicem, non ad Ecclesiasticum, absolute inferunt, nec erubescunt.

225 „ Nec tamen ignorant, quid *distent æra Lupinis*, vt prouerbiali facie, *Horatius in epist.* dixit, sequiturque Author Adagiorum apud Paulum Manuntiu fol. mihi 216. non esse hanc propositionem vndique tutam, eamque vt plurimum penitus improbari.

226 Decimarum quippe ius, quod Deo soluitur, eiusque ministris, ne diuino quidem, sed & naturali, quin positiuo canonico, ac ciuili iure penditur,

tur, vt ius peculiare reseruatum Deo in directi sui dominij recognitionem. Domini enim est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. *cap. tua nobis 26. de decim. extra. can. reuertimini 67. & can. decimæ 68. 16. quæst. 1.* declarauitque apertissimis verbis Alexander Tertius Remensi Archiepiscopo scribens in *cap. parochianos 14. de decimis extra*: sic loquens: *Cum decimæ* (inquiens) *non ab homine, sed ab ipso Domino sint institutæ, quasi debitum exigi possunt.* Clemens Quintus in Concilio Viennensi in *Clementin. dispendiosam 2. de iuditiis* idem Innocentius Tertius in *cap. in quibusdam regionibus 32. §. ille quippe* ibi: quæ debentur ex lege diuina, vbi etiam *Gloss. de decimis extrà*, & *cap. tua 25. in fin. eodem tit.* Sacrosancta Tridentina synodus, *sess. 25. cap. 12. de reformat. Sanctus Thomas 2. 2. quæst. 87. artic. primo in corpore, & quodlibet. 2. quæst. 3. artic. 8. Syluester verbo decimæ, quæst. 4. num. 10. Andreas Hispanus in tract. decimarum, quæst. 4. Nauarr. cons. 2. lib. 3. de decimis. Conarruuias variarum resolutionum lib. primo cap. 17. nu. 7. Ioann. Azor. institutionum moralium par. prima lib. 7. cap. 23. quæst. 4. & seq.* optime omnia, vt assolet discutiens, atque quid Canonistæ, quidue Theologi in hac re tradant, definiens. *Francisc. Leo, Episcopus Thelesinus in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 12. num. 2. Moneta, de decimis cap. 1. num. 5. Rebuffus eodem tract. quæst. 2. num. 9.* Rota *decis. 14. num. 2. de iudic. in nouis. Anastasius Germonius de sacrorum imunitate lib. 3. cap. 19. num. 8. Antonius Faber lib. 1. tit. 3. C. de sacrosanct. Eccles. definit. 22. Ioannes Maria Bellettus disquisitionis clericalis par. prima, tit. de fauore clericorum reali, §. 5. num. 104. Riccius* Episcopus Vici, decisionum

Cu-

Curiæ Archiepiſcopalis *par.4.deciſ.195.num.primo, & ſeq. Grilenzonius conſ.165. num.22. & ſeq.* Caſſa-*nens.conſ.34.num.1.cum ſequent.Paulus Squillantes de priuil.Clericorum, priuil.3.nu.4. & 5.* pluribus probat Belluca *in ſpeculo principum rub. 13.§. tractemus num.4.* loca etiam Sacræ Scripturæ referẽs, ex quibus decimarum ſolutio diuino iure iniuncta probatur, & ſequitur *Camillus Borellus ibidem addens littera A. verbo quo iure, & in ſumma omnium deciſionũ tom.primo, tit.19. de decimis, num.primo, & ſeq. Augu-ſtinus* Barboſa *de offic.Epiſcopi, par.prima, titul.primo, cap.6.num.25. in fin.* id probans *ex d.cap.in quibuſdam. & de iure* Eccleſiaſtico. *lib.1.cap.6. num.9. Marius Antonin.variar.lib.2. reſolut.48. num.11. & reſolut.77. ſub nu.3. verſ.quinimo, Stephanus Fagundez de quinque praeceptis Eccleſiæ præcepto 5. lib. 1. cap. 1. num.2. Antonius Fernand.in exam. Theologiæ moral. par. prima, cap. 13. §.3. num.1. & par.2. cap.8. §.5. num. 1. & ſeq.* Alijque ſexcenti, & mille; quos conſulto omittimus, cùm ex eiſdem, & aliis haberi poſsint, nos quos vidimus, non tranſcripſimus retulimus.

227 Quiſquis igitur decimas, quæ Deo, conſequenterque Eccleſiæ, pro miniſtrorum eius ſubſtentatione debentur, retinet; nec ſoluit: id detinet, quod Dei, atque Eccleſiæ eſt: ſacrilegio ſe itaque inficit, res alienas inuadens, atque Eccleſiaſticas, vt Auguſtinus loquitur dicto *can. decimæ 68. §. benefacere 16.quæſt.1.* Idem quippe eſt (vt *Gloſſ.* ibidem verbo *inuadunt*, commentum agit) iniuſtè detinere; quod non dare *cap.cauſa carpenſis 13. de verborum ſignif. extra*, vbi *Gloſſ. final.* verbo *ſacrilegus*, hunc Iudæ furi comparat. Graui ergo peccato ſe maculat, vt

ex-

excommunicationis fune ligatus tarthareo, extra Ecclesiæ gremium eiici dignus sit. *can. statuimus* 57. & *can. reuertimini* 65. 16. *q. prima, cap. peruenit* 5. *cap. nuncios* 6. *d. cap. in quibusdam* 32. *in fin. princ. de decimis extrà d. Clem. dispendiosam* 2. *de iudiciis. can. decimas* 1. 16. *q.* 7. sacrum Tridentinum Concilium *d. sess.* 25. *cap.* 12. de reformat.

229 Ecclesiastico ergo iudicio, non sanè sæculari subiicitur, qui decimas non soluit, vnde excommu-
230 nicari potest. Ecclesiæ enim data est hæc potestas, non iudicibus sæcularibus. *can. quodcumque* 6. 24. *quæst. prima, Sanctus Thomas in* 3. *part. in supplement. quæst.* 2. *artic.* 2. *Couar. in cap. Alma mater in prima part. relect. in princip. num.* 7. *Aegidius de ConincK de censur. disput.* 13. *dub.* 3. *num.* 24. *in prima conclus.*

Inde hymnum canit Ecclesia.

„ *Quodcumque in orbe nexibus reuinxeris;*
„ *Erit reuinctum Petre in arce syderum:*
„ *Et quod resoluit hic potestas tradita,*
„ *Erit solutum cęli in alto vertice:*
„ *In fine mundi iudicabis sæculum.*

231 Perperam ergo, quin non erroneè, quin non magis impiè, cõtra Ecclesiam sentientes, nostri loquuti sunt Aduersarii, ad laycos iudices, non ad Ecclesiasticos decimarum cognitionem, exactionemque spectare volentes. Audias quæso Innocentium Tertium Vercellensi Episcopo in *dicto cap. tua nobis* 26. *in fin. de decimis*, quibus illum verbis compellat, vt decimas à laycis Ecclesiis debitas exigat.

„ *Quoniam igitur pati nolumus* (inquiens) *vt Eccle-*
„ *siarum, & clericorum iura præsumptione qualibet mi-*

nuan-

,, nibuntur: *Mandamus quatenus omnes, qui ratione*
,, *personarum, aut etiam prædiorum decimas Ecclesiis,*
,, *& clericis in suæ diœcesis exhibere tenetur; ad eas cum*
,, *integritate reddendas appellatione remota compellas.*
232 Sic ille sanctissimus, atque doctrina conspicuus
,, summus Roman. Eccl. Pontifex. *Compellas* (inquit.)
Excommunicari debent, qui decimas admoniti non
soluunt, ita *Gloss.* ibidem commentum agit. allegat
tex. in can. præter hoc 5. quod est Alexandri Secundi,
& deinde *vt decimæ dist.* 32. vbi etiam *Gloss.* verbo *se-*
,, *parantur.* sic adnotat: Argumentatur, *Quod layci ex-*
communicati sunt, qui decimas, vel oblationes soluere
nolunt. Nunquid ne per iudices sæculares? Absit.
,, Petro dixit Dominus noster: *Quodcunque ligaueris*
,, *super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque*
,, *solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Matth.
16. 19. & in Petro Ecclesiæ, vt Augustinus loqui-
tur. *can. quodcunque* 6. 24. *quæst.* 1. non principibus
sæcularibus, non eorum Magistratibus. Quia qui
soluendi ius non habet, nec ligandi habet. vt ex
Ambrosio habetur. *can. verbum Dei* 51. §. *Domi-*
234 *nus de pœnit. dist.* 1. Et absolutum est omnes lay-
cos, vbi vbi de materia agitur peccati, iudicio su-
biici Ecclesiæ, etiam in foro fori. Idem Innocentius
Tertius in *cap. nouit ille* 13. *de iudiciis.* ita quoque
Clemens Quintus in *d. Clementin. dispendiosam* 2. *de*
,, *Iudiciis.* dicens: *Aut super decimis: ad quarum etiam*
,, *præstationem, possunt, qui tenentur ad eas, præmoniti,*
,, *censura Ecclesiastica coerceri.* & hanc sententiam in-
dubiè sequuntur. *Belluga in speculo principum d. rub.*
13. verbo *restat videre à nu.* 1. *& seq. Anastasius Ger-*
monius de sacrorum immunit. lib. 3. *cap.* 19. *num.* 84. *&*
235 *seqq.* in quibus absolutè hanc cognitionem, vti

de re spirituali, ad Ecclesiasticos spectare Iudices tuetur. & latè etiam prosequitur *Moneta de decimis, cap. 8. quaest. 1. Borrellus in sum. omnium decis. par. prima tit. 19. de decimis, num. 13. Alexander Sperellus fori Ecclesiastici decis. 98. num. 25. & seq. Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 1. & seq. Marius Anton. d. resolut. 48. nu. 11.*

236 Neque obstaculum nobis faciunt, quę Aduersarij ex capitulis Regni. *Et quia nuper.* & *Item statuimus, quod Comites.* quod renitentes ad decimas soluendas per Iustitiarios laycos cogantur.

237 Quia nimirum sunt leges laycorum, & contrà libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam. vnde ex bulla in cœna Domini, etiam ab albo expungi,
238 atque deleri deberent. Et per constitutionem Federici Secundi Imperatoris omnia decreta per prius lata contra Ecclesiasticam libertatem, atque immunitatem, omnesque constitutiones, & omnia statuta cassa, & irrita, atque inania, & nulla dicta fuere. vt in *auth. Cassa, C. de sacrosanctis Eccles.* quæ sanè constitutio Federici fuit ab Honorio Tertio in eius constituitone, anno Domini 1220. *tomo 1. in Bullar.* nouo per Cherubinum *constitut. 1. fol. 43.* confirmata. & meminit Pater *Ioannes Baptista Scortia* e Societate Iesu in *selectas Summorum Pontificum constitutiones, epit. 7.* quemadmodum, & eam confirmauit Bonifacius Octauus in *cap. vt inquisitionis negotium 18. de haeretic. in 6.* Necnon Bonifacius Nonus anno Dom. 1391. *in Bullar. nouo constitut. 4. fol. 232.* & meminit idem *Scortia epit. 29.* quemadmodum idem Bonifacius Nonus constitutionē Caroli Quarti Cęsaris anno 1337. editam, qua decreta omnia, & constitutiones contra libertatem

Ecclesiasticam factas, ac lata in irritum reuocauit, & nulla esse voluit, ipse noua constitutione confirmauit. in *dicto Bullar. fol.* 233. & hanc sententiam tenetur *Ioan. Azor. institut. moralium, par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 6. *de Regum vitijs, & peccatis* §. *si item opponas.* vbi expresse inter cœtera de decimis agit soluendis, aut non soluendis, & negatiuè respondet: *Lex enim* (inquiens) *sine iurisdictione ferri non potest, at layci in clericos, in Ecclesias, in Ecclesiastica bona ius non habent.*

236 Hanc verò responsionem, vt effugeret *Borrel. d. tit.* 19. *num.* 20. *& seq. de decim. par.* 1. *in summa omnium decisionum*, à quo transcripsere Aduersarij nostri, ne nimium insuaderent in libris euoluendis, inuento illo respondet ex *Neapodano Sebastiano*, quod capitula illa fuerint à dicto Papa Honorio Tertio confirmata. Verùm anicularum sunt næniæ. neque vsquam de hac Honorij confirmatione apparuit. & in Romana Curia vti fabulam habent, cùm in Registris Cancellariæ Apostolicæ nusquam inueniatur, & satis aptè ex reuolutione Registrorum negatiua probatur. ex *Gloss.* recepta *in Liuistum* 6. *in Gloss.* 1. *in fin. C. de reb. credit. Rota par. prima diuersorum decis.* 64. *num.* 1. *& apud Duranum decis.* 2 *num.* 3. *& decis.* 6. *num.* 9. *par.* 1. *& apud sanct. memor. Gregor. Decimumquintum, decis.* 13. *num.* 10. *& decis.* 433. *nu.* 3. *& apud Cardin. Manticam decis.* 34. *nu.* 9. Neque etiam in Bullariis prælo præssis, inueniatur. Si hac igitur ipsi tuti sunt constitutione, cur non illam exhibent legendam, vt tenentur, ad *tex.*

242 *in cap. cum persona* 7. *de priuil. in* 6. Neque prodest eis, quod ita seruatum fuerit in aliquibus casibus.

243 Cum, quòd, vt in superioribus diximus, à parti-

culari ad vniuersale consequentia non proficit. Tum quòd potuere illi, qui apud sæculares iudices pro decimis compellauere, errare; vt vere errauere. Errantis vero nulla est voluntas. vt in superioribus in simili argumento deduximus. & nos
244 expressis canonibus sacris fulcimur, ac præsertim Sacri Tridentini Concilij decreto, *d. cap. 12. sess. 25.* quibus hæc cognitio, & coactio ad soluendum decimas solis Ecclecasticis demandata est.
245 Quia res est spiritualis, siue in possessorio, siue in peritorio agatur. *Barbosa* alios referens *de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 26. §. 4. à num. 1. Sperell. dicta decis. 97. num. 25. & seq.*
246 Et nos ipsi cum Auersæ Vicarij Generalis munere defuncti fuimus, ac etiam in Triuentina diocœsi, quæ constat ex quadraginta & octo Terris tam in Comitatu Molisii, quam in Aprutina prouincia, semper ita seruauimus: etiam per censuras Ecclesiasticas tenuentes laycos ad decimas soluen-
247 das cõpellendo. & in hac nostra diocœsi Iuuenacen semper ita seruauerunt prædecessores nostri omnes, etiam per capturam pignorum, iuxta sacri Tridentini Concilii determinationem eadem *sess. 25. cap. 3. de reformat.* atque sede vacante Vicarii Capitulares, & Apostolici, & nos seruauimus. Aliique seruant Illustrissimi Episcopi, in hac ipsa prouincia Baren, & extra illam. Pro Episcopis igitur est etiam possessio.
248 Quod verò referunt anno 1567. tempore, quo Pro Rege regnum moderabatur Dominus Petrus Affan de Ribera, noluisse illum facultatem facere Marcello Caracciolo, Romam petendi, vt absolutionem obtineret, qui à Summo Romano Pon-

tifice

tifice citatus fuerat ad comparendum in Curia; vti occupator Castri Montis Vrsini in Beneuentano Comitatu, & vti contumax excommunicatione nodatus.

Id planè pro nobis magis est, quam contra; namque ipsimet Aduersarii referunt Patrem dicti Marcelli ob eandem causam in ligamine excommunicationis ex his rebus humanis, & fortassis ad tarthara, abreptum fuisse; neque profecisse ei, quod Romanam Curiam adire noluerat, neque à laycis Iudicibus absolui potuisse. verebantur autem ne similiter Marcello accideret. Et post iactā
250 aleam nulla est redemptio, quia ibunt hi in supplicium æternum *Matth.* 25. 46. Vbicumque enim ceciderit lignum, ibi in æternum erit. vt *Ecclesiastes* sapiens loquitur, „ *si ceciderit lignum ad Austrum*, „ *aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit ibi erit.* „ in quacunque enim affectione, dispositioneque „ cordis obierit, ibi erit, in ea æternaliter, & incon„ uertibiliter permanebit. vt *Charthusianus* explicat.
251 Caueant ergo (hoc enim testamur ipsis) ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. vti Epulo diues ille quondam (apud *Lucam* 15. 28.) Abrahæ patri (orans) dixit, sed auditus non fuit: Est enim
252 locus ille *infernus, qui teste beato Iob* 10. (vt *Diony-* „ *sius* Carthus. in eundem locum Lucæ loquitur) *est* „ *terra tenebrosa, & operta mortis caligine, terra mise-* „ *riæ, & tenebrarum, vbi umbra mortis, & nullus ordo,* „ *sed sempiternus horror inhabitat.* Locus inquam ille talis est. vbi

„ *Præcipites scopuli, tenebris horrenda vorago,*
„ *Orcus atrox, ignis fluuij, sæuosque furore*
„ *Dæmones ardentes, animarum pœna malorum,*

„ *Vl-*

" *Vltioque æternos, quæ se protendat ad omnes.*
vti magnus Theologus Nazianzi Episcopus *Gregorius* cecinit in carmine *Nicoboli patris colum. 3. in fine*.

253 Sic alieno periculo fœliciter sapient, iuxta Plautinum illud.

" *Fœliciter sapit, qui alieno periculo sapit.*
Nam sapiens est, qui vitio alterius emendat suum. vt alter dixit.

254 " *Et vitio alterius sapiens emendat suum.*

Plinius quoque iunior in epistolis. *Admonet* (in-" quit) *adagium, vt ex aliorum erratis ipsi cautiores effi-*" *ciamur, & alienis periculis reddamur prudentiores: &* " *aliorum desipientia nobis sapiendi præbeat occasionem*. *Gloss.* quoque in *can. viduas 2. in fin. verbo manus suas. 27. q. 1.* per vetustum illud referens.

" *Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Firmiorem verò vt suam propositionem faciant " sequenti vtuntur ratione: *Et è tanto vero* (dicen-" tes) *che contro laici non può il Giudice Ecclesiastico es-*" *seguire, che ne anco li Ministri del santo officio, quali* " *sono delegati dal Sommo Pontefice, e per consequenza* " *da maggiore authorità di quella de' Vescoui, quali sono* " *Ordinarij, non possono essercitare la loro commissione* " *contro laici se prima non hanno il Regio exequatur dal* " *Collaterale*.

Ostendunt sanè hac ratione optime seipsos argumentandi regulas callere, atque in terminorum
255 constantia permanere. Non enim recta est conse-
257 quentiæ ratio à delegato, qui delegantis vice fungitur, & authoritate (*cap. cum in iure peritus 31.* ibi: authoritate, qua fungor *de officio Iudic. delegati, & cap. sanè 11. eod.* & *cap. pastoralis 11. §. fin. de offic.*

or-

ordinar. can. valde necessarium 1. ibi: nostra per eum, cui præcipuus repræsentatur authoritas, 94. *distinct.*) ad Ordinarium, qui sua propria facit au-
257 thoritate: & liberè illam exercere potest in tota sua diœcesi, quoad omnes, vt nullo possit modo præpediri. *cap* 2. de *offic. ordinar.* Delegatus enim,
258 antequam delegationem sibi impositam] exerceat, Delegationis suæ litteras à Delegante sibi factas, ostendere tenetur. *d. cap. cum in iure peritus* 31. *in fin. de offic. delegat. Extrauagan. iniuncta prima de electione inter communes*, quo loco Bonifacius Octauus canonis conditor, §. *sanè quam periculosum* rationem reddit: *Asserenti namque* (dicens) *cum mandatis Principis se venisse, credendum non est, nisi hoc scriptis probauerit, nec similiter creditur se asserenti legatum.*

259 Ordinarius verò, iam ipse in suo ingressu in diocœsim, iuxta eiusdem Bonifacii sanctionem, *dicta extrauaganti iniuncta*, suæ ordinationis Bullas ostendit, atque Regium obtinuit beneplacitum. nullo igitur amplius detinetur impedimento, quin suam libere in omnes, qui in sua sunt diocœsi, iurisdictionem exercendi, *can. omnes basilicæ* 10. 16. *quæst.* 7. *cap. conquærente* 18. *de off. ordin. extra. cap. cum non liceat* 12. *vbi Gloss.* verbo *sua diœcesis de præscript. cap. de Xenodochijs* 3. *& cap. cum venerabilis* 4. *de religios. domib. cap. cum persona* 7. *in fin. de priuileg. in* 6. *& cap. cum* Episcopus 7. *de offic. ordin. in* 6. *Rota apud Coccinum Decanum decis.* 448. *num. primo*, *& apud Cardin. Manticam decisione* 202. *num. octauo*, *& apud Cardin. Cauualcrium decis.* 306. *num. primo*, *&* 2. diximus *respons.* 81. *num.* 42. *par.* 3. Non igitur procedit paritas à delegatis, antequam delegationis litteras osten-

ostendant, ad Ordinarios, qui firmam habent iu-
261 risdictionem suam. A simili verò argumentum destruitur, si vel in minimo dissimilitudo arguatur, iuxta *Gloss. in l. creditori 9.* verbo *vendicatio ff. de operis noui nunciat. Gloss. in can. sic enim 2. §. his de causis.* verbo *numquid 28. quæst. prima* notant omnes in *c. translato. 3. de constitut. Abb. in cap. constitutus in 3. notabil. de appellationib. Afflict. decis. 350. num. 11. Euerard. in locis argum. in loco à simili in quarta limit. Cochier de permutation. beneficior. par. 1. cap. 3. num. 6. Anton. Gamma decis. 302. num. 5. Augustin.* Barbo-*sa in locis argumentorum loco* 101. *à simili num. 7. & seq. Granutius theoremat. 1. num.* 10. *par. prima*. Inanis proinde hæc arguitur ratio ab Aduersarijs pro argumentorum Achilli excogitata. Et nos ipsi
263 id experti fuimus, cùm anno 1624. mandato sanctissimi Domini Nostri Vrbani Papæ Octaui in Prouincia hac Baren ad Terram Rutiliani, vti vnus ex sancti Officij Consultoribus apud sanctæ Inquisitionis Ministrum, qui tunc præsidebat Illustrissimus Dominus Hieronymus Campanilis, Episcopus Laquedonen. & postmodum Isernien. pro capienda informatione in causa ad sanctam Inquisitionem spectante, accessimus, ibique per tres menses demorati fuimus familiam habentes armatam, & multos ex inquisitis laycos carcerauimus, atque Neapolim carceratos transmisimus. Fidem enim Excellentissimo Domino Duci Aluæ, tunc Pro Rege Regnum moderanti fecerunt, tam dictus Illustrissimus Episcopus Campanilis, quàm
263 etiam Eminentiss. nunc S.R.E. Card. Ioan. Bapt. Pamphilius, tunc Nuntius Sanctissimi in Regno Neap. me mandato Sanctissimi ad Terram Rutilia-

ni

nii pro caufis ad fanctum Officium fpectantibus, & in illa Prouincia Baren transmitti: vnde litteras dedit dictus Excellentissimus Dux Prorex ad Præsidem Prouinciæ Baren, cui tunc præerat Dominus Marchio Orioli, quas illi dedi, & deinceps officium meum liberè ex me ipso profequutus fui, me cum habendo Milites decem, fex fcilicet fcottos pedeftres, & quatuor equeftres, omnes armatos, armis etiam prohibitis. Non itaque par eft ratio in omnibus, quæ afferunt, longo fatis fermone, fed ad rem parum Aduerfarij. Et nos, cum ad hanc acceffimus Ecclefiam, non ne Regium exequatur, obtinuimus? Quid igitur nunc noftram exercere ordinariam in omnes iurifdictionem prohibemur?

264 An pro Ecclefiafticis tantummodo Epifcopi ad diocœfes, Ecclefiafque mittuntur, & non pro omnibus, etiam laycis? Vtique. Inde enim mittuntur, vt omnium curam habeant paternam. *Vnde* (ei dicitur cum ordinatur Epifcopus) *& prædica populo tibi commiffo Euangelium Dei*. An non pro omnibus Chriftus mortuus eft impiis? fecundum Apoftolum Paulum ad *Romanos* 5.6.*&* 8.

265 Epifcopus autem vocabulum inde dictum eft (vt Sanctus Ifidorus, inquit, *lib.* 7. *ethimologiarum*, *cap.* 12. relatus *can. cleros* 1. *xxi. dift.* §. *Epifcopus*) „ quod ille, qui efficitur Epifcopus, fuperintendat, „ fcilicet curam gerens fubditorum. Scopin σκοπεῖν „ enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Epifcopi „ enim Græcè, Latinè fpeculatores, interpretantur. „ Nam fpeculator eft præpofitus in Ecclefia: ideo di- „ ctus, eo, quod fpeculetur, & profpiciat populorum infra fe pofitorum mores, & vitam. Eodemque modo Auguftinus in *can. qui Epifcopatum* 10. 8. *q.* 1.

N Ra-

Rationem reddens: *Quia nomen est operis, non honoris*. Christianorum verò duo sunt genera; clericorum, & laycorum. *can. duo sunt genera 7. 12. q. 1.* po-
267 pulus autem vtrumque comprhendit genus, quod & ipsi Aduersarii nec inficias eunt, vt in superioribus vidimus, ex *Bart. in l. 1. ff. ad municipalem*. Vtrique igitur generi Episcopi præficiuntur. In vtrumque ergo genus, & clericorum, & laycorũ iurisdictionem exercent. In illos quidem absolutã,
268 in his autem respectiuam, in casibus, in quibus peccatum inuoluitur, iuxta *tex. in d. cap. nouit 13. de iudiciis*.
269 Nunquid non ipsi Reges Episcopis subijciuntur? Cur non æquè, & alij, qui Regibus subsunt? Nunquid ne melioris erunt ipsi conditionis, quam sint Reges, & Imperatores, quibus parere debent, & subijci? Non vtique. Audi Clementem Tertium *in cap. omnes principes 4. de maioritate, & obedientia*. Omnibus contestatem, neminemque excipientem:
270 *Omnes principes terræ, & cæteros homines Episcopis*
„ *obedire beatus Petrus præcipiebat*. Quo loco *Gloss.*
„ consequentiam infert: *Ergo* (dicens) *Principes sub-*
„ *sunt Episcopis, quod est verum*. Superuacanea idcirco Aduersariorum est assertio, vt inferant non habere Episcopos in laycos iurisdictionem, quia cum cum delegatus accedit, vel Episcopus ad munus suum, ostendere eum oportet, vel delegationis lit-
271 teras, vel ordinationis bullas. Id nempè est: non vt in laycos iurisdictionem exercere valeant: sed ne quis per subreptionem afferat, quod non est, vt in dicta *extrauaganti iniunctæ 1.* Bonifacij Octaui *de electione inter communes*; apertissima luce omnibus notum fit legentibus. Posset porrò quilibet
ho-

homo, quamuis ignarus, ambitionis ſtimulo exci-
272 tus, quo nihil acrius in hominibus, ſe Epiſcopū, vel Delegatum Papæ confingere, ac populos de-
273 cipere. Oportet proinde, quod mittantur; miſſioniſque ſuæ litteras oſtendant. *Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur*? Paulus docet nos Gentium Doctor ad *Romanos* 10. 15. ſequiturque *Ioannes Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 29. quæſt. 9. & Pariſ. de reſignat. benef. lib. octauo quæſt. 5. num. 38.*
274 Namque Regum eſt (ſeruato iuris ordine) Eccleſiarum patrocinium; non verò ſacrarum rerum cognitio. *Ioann. Azor. d. par. 2. lib. 11. cap. 6. §. ſi quæras. An Regum, & Principum.* Protegant ergo, non diruant.

Abſolutè verò, cum Noſtras oſtendimus ordinationis Bullas, Regium exequatur obtinuimus. Vt quid igitur in difficultatem nobis vertitur, ſi iuriſdictionem exercemus in omnes nobis ſubiectos, exemplo delegati? Et ille poſtquam litteras oſtendit delegationis ſuæ, nulla ei mouetur moleſtia, vt Aduerſariis ipſis in confeſſo eſt. Nunquid verè contra Epiſcopos hi pugnant, quòd Principes ſint Eccleſiarum; quodque non duos capiat Ciuitas dominos? At, Epiſcopi patres ſunt, & paſtores, non Domini. *Neque vt dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo.* Princeps loquitur Apoſtolorū Petrus 1. *ſua* 5. 3. paſcere eos oportet, non dominari. *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei.* Sic idem Apoſtolus ibidem Epiſcopis conteſtatur. *can. prædicator veritatis* 65. *in fin.* 16. *q.* 1. Stomachum proinde fecarunt Aduerſarij, tam multa in hac parte cumulan-
275 tes ex regiſtro hortatorialium litterarum, vt ſedeat illis, quod de Arabicis Tibicinibus circumfe-

rebat antiquitas apud Græcos.

„ *Dragma canit, sed quatuor compescitur.*

vel apud alios: V*no conducuntur obulo, ut canãt, duobus ut taceant.* Vt prouerbio factus sit locus: *Arabicus Tibicen.*

Sed pergunt adhuc, & quinto nos prouocare impulsu, sic dicentes.

„ *Per rispondere alla quinta pretensione del Vescouo in voler esigere le decime di tutte le cose animate,*
„ *& in particolare di frutti di Mare, pesci, sarde, & anco delli ancini, e similmente di quelli, che pescano fuori*
„ *della diocese, quali entrano nella diocese: si dice, che questa esattione non è stata mai fatta, nè da esso Monsignore*
„ *hodierno, nè da' suoi antecessori Prelati per li frutti di Mare pesci, sarde, & ancini; & in questo bisogna*
„ *starne à quello che è stata osseruato per il passato, essendo vero, che nel pagamento delle decime si deue stare à*
„ *quello è stato solito, per essere in questi casi vn gran rimedio, e metodo la consuetudine.*

Hoc autem nos non abnuimus consuetudinem in his attendendam. Sed pro nobis est consuetudo.
276 Illi igitur standum. Nam *veritatis simplex est oratio*, vti prouerbio fertur. sicque Euripides in Phenissis.

„ *Nam veritatis suevit esse oratio*
„ *Simplex, vafris, nec est egens ambagibus*
„ *Interpretum: siquidem ipsa per se congruit.*
„ *At sermo iniquus, quia per se sit morbidus,*
„ *Medicamenta exquisita deposcit sibi.*

Medicata itaque exquirunt sibi subsidia, vt rem ornent non veram. Vnde enim (quæso) ipsi habent, neque nos, neque prædecessores nostros vnquam decimam ex piscibus exegisse? attendendam autem

esse

esse consuetudinem? nisi quod ipsi affectum vince-
277 re voluere eorum, qui eos conduxerunt. Mendacia enim verborum lenocinijs fucari solent, à poetis, & rhetoribus præsertim. Et vsu venit, vt qui pro alijs (quod non ex animo dicant) loquuntur, accuratiùs adornent sermonem, ac veros affectus hoc diligentiùs imitari verbis, quò magis vacant affectibus.

,, *Vt qui conducti plorant in funere, dicunt,*
,, *Ac faciunt propè plura dolentibus ex animo.*

278 Namque nedum nos, & prædecessores nostri omnes in hac possessione sumus exigendi decimã ex piscibus, etiam ex erinacijs, siue echinis; sed omnes alij Illustrissimi Domini Episcopi totius huius Prouinciæ Baren, quin & aliarum prouinciarum huiuscæ plagæ maritimæ maris Adriatici, in hac ipsa possessione sunt decimam diebus festis exigendi ex piscibus omnibus; quodcumque genus piscium fuerit. Ita Archiepiscopus Tranen. Episcopus Vigiliarum, Episcopus Melphiten. Episcopus Bituntinus, qui in meditullio est, Archiepiscopus Baren, & alij. Et cur (ambo te) vnus Episcopus Iuuenacen. ab hac secludetur consuetudine, vt vsurpare dicatur, quod decimam exigat ex piscibus omnibus, & ex erinacijs quoque, siue echinis, vt ipsi nostri volunt Aduersarij, vt hoc nobis vitio vertant?

279 **Vt autem eos conuincamus, videant quæso, anno 1553. Illustriss. D. Ioannem Ancolinez de Brizianos de la Ribera Episcopum Iuuenacen. (cuius etiam in superioribus meminimus) in sancta Visita**tione descripsisse omnes redditus, & bona Mensæ Episcopalis. & hoc corpus decimæ sequentibus asscripsisse,

Item

Item inuenit spectare ad dictam mensam Episcopalem decimam de piscatione, quæ fit diebus festiuis.

Spectabat itaque tunc temporis ad mensam Episcopalem decima de piscatione, & ita inuenit Illustrissimus ille Episcopus, qui satis industrius, & vtilis Ecclesiæ Iuuenacen fuit quamuis antea miles fuisset, vt accepimus: ex illo tempore anni 88. effluxere, semperque mensa Episcopalis in hac possessione fuit, sicuti antea erat: & nostri Aduer-

280 sarij, ita *Nugas agent* (vt prouerbio fertur) vt afferant: neque nos, neque prædecessores nostros in

281 hac possessione fuisse, neque esse? Libris autem Visitationis in his, quæ spectant ad Visitantis officium, atque ad statum Ecclesiæ statur. vt sequuta fuit *Rota apud Verall. decis.* 160. *par.* 2. & in hisce terminis nostris decimarum in *vna Mediolanen decimarum, & primitiarum de Carolatio* 23. *Iunij* 1614. *coram Domino Andræa decis.* 573. *nu.* 4. *par.* 2. *tom.* 2. *in recentioribus.* pluribus probat *Marius Antoninus, variarum resolutionum lib.* 1. *resolut.* 110. *num.* 5. *cum seq. Rota apud sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.* 479. *num.* 5. *vbi Beltraminus* addens. Rotam multum solere deferre libris visitationum dicit, & dixerat antea *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 1272. *num.* 3. & sequuta fuit *in Feretrana spolij* 12. *Iunii* 1615. *coram Vbaldo decis.* 724. *sub num.* 3. *eod. par.* 2. *tom.* 2. *in recentiorib.*

282 Decimam verò piscationum deberi, sicuti de aliis rebus, apertissimè decernit Alexander Tertius in *cap. peruenit ad nos* 5. *de decimis extrà*: Cantuarien Archiepiscopo, & eius suffraganeis scribens.

„ *Mandamus* (inquiens) *quatenus parochianos ve-*

„ *stros*

stros monere curetis, & si opus fuerit sub excommunicationis districtione compellere, vt de prouentibus molendinorum, pisciarum, feno, lana, decimas Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persoluant. ita summus ille Pontifex. Rationem verò reddit *Gloss.*ibidem verbo *feno*, dicens: *De omnibus enim, quæ fidelis homo acquirit, debet soluere decimas.* & Cœlestinus Tertius in *cap. ex transmissa 23. eod. titulo.* & *eod. tit.* Innocentius Tertius Helien Episcopo scribens in *cap. pastoralis 28. de decimis.* ex piscariis debitis methodum tradit, sicuti ex molendinis. Alioquin vt *d. can. decimæ 68. 16. quæst. 1.* Augustinus sanctè, vt sanctus est, loquitur, nosque docet: *Hæc est enim Dei iustissima consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est, sed hominum malitia prohibetur. Decimæ etenim ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Et quanti pauperes in locis suis, ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus antè æterni Iudicis tribunal apparebit: quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit.* Idemq; Augustinus *can. maiores. 8. 16. q. 7.* Hoc tollit fiscus (inquit) quod non accipit Christus: de decimis loquens.

284 Et hanc sententiam ex piscatione decimam deberi sequuntur post reliquos *Rebuff. de decim. quæst. 8. num. 10. Ioann. Azor. institutionum moralium par. 1 lib. 7. cap. 36. quæst. 9. Moneta de decim. cap. 4. num. 20. Barbosa in collectan. ad dictum cap. peruenit. num. 4.* referens Rotæ decisionem in Vlisbonen decimarum piscium, 23. Ianuarii 1568. coram Oradino. *Gregor. de Cebedo Lusitan. decis. 54. nu. 7. par. 2. Capic.* de-

decis.20.num.2.& seq.Rota in Hispal.decimarum de Almonte 5.Decemb.1636. coram Pirouano decis.179. nu.12.& 13.par.7. diuersorum nouissimarum.

Si ex tanto tempore ante decima ex piscatione mensæ Episcopali Iuuenacen debebatur, & postmodum semper debita fuit, atque exacta, etiam ab Oeconomis sede vacante, & nos ex quo ad hanc Ecclesiam accessimus, illam semper exegimus, & exigimus, & in hac possessione sumus, nemine contradicente: Cur nunc Aduersarij nostri, qui nos oppugnant, volunt neque nos, neq; prædecessores nostros in possessione extitisse exigendi, nosque carpunt, quod ex erinacijs, siue echinis decimas

285 exigimus? *Ex piscatione* quippe nobis decima debitur: ex omnibus igitur, quæ ex piscatione proueniunt, decima nobis debetur, sic enim idem Alexander Tertius Vintonien. Episcopo in *cap.nuntios 6.de decim.* scribit. *Mandamus quatenus parochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persoluere Ecclesiastica districtione compellas.* Quo loco *Gloss.* ad rem nostram satis aptè. De apibus, & omni fructu loquitur) *licitè acquisito, siue de animalibus, siue intuitu prædiorum, siue intuitu personæ*, sic *Gloss.*

286 Piscariarum verò meminit Vlpianus *lib.* 11. ad edictum *in l.inter publica 17. in fin.ff.de verborum significat.* quam sequitur *Rebuff. dicta q.8. num.* 10. *de decimis*. Et in hac possessione exigendi sumus.

287 Seruanda ergo consuetudo erit, vt ipsi annuunt Aduersarij, ne & ipsi ad decimam redigantur: idest dæmonibus socientur, qui sunt decima pars Angelorum, vt *Gloss.d.can.decima 68.* verbo *tu ad decimam 16.quæst.1.* explicat. Quamuis piscationem il-

288 li exerceant extra diœcesim, si perceptam pisca-

tio-

tionem intrà induxerint. Quia in hac possessione sumus, & nos, & omnes alii Episcopi in hac Prouincia existentes, vt diximus. Attenditur nempè consuetudo decimas soluendi de fructibus collectis in aliena Parochia, etiam de noualibus, vt dictum fuit in vna *Caurien. decimarum apud Tholomæum decis.954.par.3.lib.3.diuersorum.* quam mendose Aduersarij retulerunt, quia transcripserunt, non legerunt, & sequitur *Borrell.in summ.dicto tit. 19.de decim.num.62.par.prima.* & *Rota apud Cardin. Caualer. decis. 73. num. 2.* Et nobis decima debetur de piscatione, quæ introducitur, siue intra, siue extra diœcesim fiat, modo introducatur. Vt sequatur iure, nec sane iniuria consequentia: piscauere, & pisces cepere. soluent idcirco decimam.

290 Quia de omnibus fructibus debetur. vt ex Alexandro Tertio *d.cap.peruenit 5.de decim.* paulò ante
291 ostendimus. Magisque ad personalem hæc accedit decimarum species, quæ ex piscatione habetur, quàm ad prædialem. vt sequitur *Rebuff. d.quæst.8. num.10. Gregor.Cabed. d.decis.54.num.7.par.2. Ca-*
292 *pic.d.decis.20. num.4.* personales verò decimæ illi Ecclesiæ redduntur, in qua Ecclesiastica percipiuntur
293 tur sacramenta. *cap. ad Apostolicam 20. de decim. extrà, Gloss.in summ. 13. q. 1.* verbo *quod priori.* & *in can. Ecclesias 1. §. item Apostolus* verbo *poscit in fin.ead.13.q.1.* & *can.quæsti sunt 46.in fin.*vbi *Gloss.* verbo *decimas 16.q.1.*Et si, quasi prædialis dici possit, vt eam appellat *Gloss.in cap.licet 3.* verbo *Ecclesiis de ferijs.* Sed in Iuuenacen Ecclesia sacramenta percipiunt. Illi igitur decimæ debentur.

194 Et mirum sanè est, quòd Ciuitas ex piscatione sardarum, quæ introducuntur, quamuis extra diœ-

tesim capiantur, terdecimam exigit. Cùm nolint nostri Aduersarij ex tali piscatione Deum omnium
295 Dominum, decimam habere. Faciuntque deterioris conditionis Deum, quàm Dominum temporalem, vt Innocentius Tertius, *d.cap.tua nobis* 26.§. *verum si ad Deum de decim.* admirans perpendit.
296 Sed malo eorum, venient dies, quando sentient,
„ quòd *non est Deus noster, vt dij eorum: & inimici no-*
„ *stri sunt iudices.* Tunc dicent; *Vbi sunt dij nostri, in*
„ *quibus habebamus fiduciam? De quorum victimis co-*
„ *medebamus, & bibamus vinum libaminum? Surgant, &*
„ *opitulentur nobis, & in necessitate nos protegant.* Deu-
„ teronom. 32.31. & seq. *Vtinam ergo saperent, & in-*
„ *telligerent, ac nouissima prouiderent.* ibid. 29. quæ ve-
297 nient certè. Vt enim *Ouid.l.4.de Ponto* cecinit.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.
Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri tristia posse puta.

Timeant ergo iustum Dei iudicium, ac fieri tristia posse putent, de quibus nunc gloriantur, vt Ecclesiam opprimant, & decimam Deo debitam retineant, & quod

„ *Certam præsens vix habet hora fidem.*

Ita responsum fuit illi, qui habere se multa bona putabat, reposita in annos plurimos. Lucæ 12.20.
298 *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: quæ au-*
„ *tem parasti cuius erunt?* Imo & tu, qui parasti, cuius eris? vt Sanctus *Bernardus* aduertit.

Ferire præterea contendunt nos, atque confodere sexto impetu in hac ipsa decimarum pugna, dicentes.

„ *In quanto alla sesta pretensione del Vescouo, che è*

vn'a-

,, *vn'abuso fatto da esso in dar licenza alli pescatori nelli*
,, *giorni di festa di poter pescare: e si fa dare da questa*
,, *la decima delli pesci, che si pescano in quelli giorni. E*
,, *che voglia anco la decima delle pesche, che si fanno nelli*
,, *giorni di feste riformate da sua Santità.*

,, *Si dice questo abuso si deue togliere in ogni maniera,*
,, *essendo dissonante alla dispositione de' sacri Canoni, &c.*

Sed compellabo primitus illos verbis, quibus
299 Christus Dominus mansuetissimus Agnus Pilatum, *Ioan.* 18.34. quando interrogatus ab eo: *Tu es Rex* Iudaeorum? Respondit Iesus. *A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?* A semetipsis hoc dicunt; an alij dixerunt eis de me? Si à semetipsis, compellabo eos eiusdem Domini verbis. *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Matthæi 9.4. si verò alij eis dixerunt, dicemus Sancti *Ioannis prima*
300 *epist.* 4.1. verbis: *Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint. quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Nonne ipsi in antecedenti quinta respōsione ad nostram per eos præsumptam prætensionem docuere in hac decimarum materia, maximum remedium, ac methodū non minimam consuetudinem esse? Quomodo tam
301 citò mutati sunt, & à tradita doctrina recessere? sunt hæc malanchonicorum insomnia, quibus nulla est diuinatio, sed mendacia multa, vt ex Aristotele de diuinatione docet adagiorum *Author* apud *Manutium fol. mihi* 114. An non meminere illius Euripidis in Hecuba?

,, *Dixti nouum nihil; sed probè scientibus*
,, *Hæc opprobrasti.*

Et hoc ipsum consuetudo est: vt decimam ex piscibus exigamus diebus festis, quamuis nullam pi-

 ica.

scatoribus facultatem faciamus. Consuetudo verò pro lege seruatur, & dat iurisdictionem. vt *Gloss.* loquitur in *cap. dilecti filii* 4. verbo *consuetudinem de arbitr.* seruanda proinde, quia laudabilis. secundū *Gloss. in cap. ex litteris* 2. verbo *consuetudinis, in princ. de consuetud. Marius Anton. d. resolut.* 77. *num.* 9. *lib.* 1.
303 Quod verò decimam hanc exigamus illis etiam diebus festis, quos Sanctiss. D. N. Vrbanus Octauus moderatus fuit, quò ad præceptum tantummodò, non quoad reliqua: *nequaquam* (dicens) *ex præcepto*
304 *ipsos teneri*. Et ita omnes alij Illustrissimi Episcopi in adiacentibus alijs Ciuitatibus seruant: vt vitio nobis haud verti debeat, si quod alij Prelati, nos seruemus. Sic in *c. ad Apostolicæ* 20. *in fin. de decimis.* Lucius Tertius. Strigonien. Archiepiscopo scribit.
„ *Quoniam à diuersis consuetudo tenetur: Tu eligas in*
„ *hoc casu, quod per consuetudinem diù obtentam, ibidem*
„ *noueris obseruatum.* Quo etiam pacto argumentatur *Glos.* in *can. quod dicitis* 14. aliàs *fin.* verbo *regionibus*
„ *dist.* 16. Quod omnes alii faciunt (dicens) ergo & tu
„ obseruabis. Quòd si hoc durius ipsis videatur: Sāctissimum adeant, vt interpretetur: non ex se ipsis
305 hoc munus obeant. Eius nempè est declarare, cuius est condere *l. fin. C. de legibus.* ex satis concinna
„ ratione, quā Iustinianus Cæsar inibi reddit: *Si enim*
„ (inquiēs) *in tēpore leges condere soli Imperatori cōces-*
„ *sū est, et leges interpretari solo dignū imperio esse oportet.*
306 Vt vnde ius prodiit, interpretatio quoque procedat, vt Innocentius Tertius Doctoribus Decretorum Bononien. respondit in *cap. inter alias* 31. *de sentent. excommunicat.* sequiturque *Gloss. in cap. cum venissent* 12. verbo *iudicari de iudicijs.* & *Glos. in can. sicut enim* 30. §. *ex his omnibus* verbo *sicut enim ille solus* 11. *q.* 1.

Ini-

Inimicum itaque, atque à sacris canonibus dissonum haud est, quod nos hisce etiam diebus festis, iam moderatis quoad præceptum, decimam exigamus, vt ante moderationem exigebamus.

307 Quia nihil commune in ratione decimæ, vt decima est, quæ Deo iure etiam diuino debetur, vt in superioribus ostendimus, dies festus habet; sed illa ex omnibus fructibus, etiam ex piscatione, vt diximus, debetur. Quòd verò diebus festis tantummodo in tota hac Prouincia, & aliis quoque adiacentibus debeatur, id consuetudine factum est. Quam ob causam vtile satis in hoc piscantium negotium geritur, vt solis diebus festiuis piscium decimam soluant: quando illam semper, & omnibus diebus ex piscatione soluere deberent. Sed standum consuetudini est, quæ per moderationem festorum à Sanctissimo D.N. factam sublata minime fuit: cum moderatio sit quoad præceptum tantummodo.

308 Moderari enim est temperare modos in factis, ac dictis. iuxta Pauli sensum in *l. cum ratio 7. ff. de bonis damnatorum*; atque diminutionem importat, secundum *Gloss. in cap. fin.* verbo *moderationis. de verborum signif. extra.* diximus in nostro *Apologetico num. 203. & 204. par. 3. respons.* diminuit itaque Sũmus Pontifex Vrbanus præceptum tantummodo, & quoad illud dies festos moderatus fuit, non quò ad reliqua.

309 Seruanda ergo consuetudo erit, nec dimittenda, eoque magis, quòd nullus conquæritur ex his, qui illam soluunt, neque scandalum vlli fit. iuxta *Sanctum Thomam 2.2. quæst. 43. art. 8. ad quintum*, & ibidem *Caietan. Felin. in cap. nihil de præscript. Marcus Anton. Genuens.* Episcopus Montis Marani

in

in manuali pastorum cap. 5. num. 2. in fine.

310 Ni Pharisaicum hoc esset scandalum, quod non officit. Sic Christus Dominus, & Magister noster. ,, *Matth. 15. 14.* Apostolis dicentibus: *Scis quia Pharisaei audito verbo hoc scandalizati sunt?* respondit: *Sinite illos, caeci sunt, & duces caecorum.* Traditque differentias inter actiuum, & passiuum scandalum. *S. Thomas 2. 2. quaest. 43. art. 1. & 2.* & nos pluribus diximus *respons.* nostra *4. à nu. 38. cum seq. par. 2.* & prosequitur *Martinus Becanus in summ. Theolog. par. 2. tom. 2. de fide, spe, & charit. cap. 27. de scandalo, quaest. 1. & seq.*

,, Nec nouum est, clericis laycos infensos oppido, ,, vt tradit antiquitas: quod & praesentium experi- ,, menta temporum manifestè declarant, dum suis fi- ,, nibus non contenti, nituntur inuetitum, & ad illi- ,, cita fraena relaxant: nec prudenter attendunt, quàm ,, sit eis in clericos, Ecclesiasticasue personas, & bona ,, interdicta potestas. Verba sunt Bonifacii Octaui in *cap. clericis laycos 3. de immunitat. Ecclesiast. in 6.*

311 Neque eorum firmum est argumentum ex allato supra *cap. licet 3. de feriis*, quo loco Alexander Tertius Tribunien. Archiepiscopo scribens: indulget ei, vt liceat suis parochianis alecia diebus dominicis, & aliis festis, si se terrae inclinauerint, piscari, modo Ecclesiis, & pauperibus congruam faciant portionem. Volentes ipsi ex hoc, semper licere piscatoribus diebus festis piscari, & proinde non egere facultate Episcoporum in illis diebus. Non enim hanc propositionem ex illo *tex.* habere possunt. Alexander quippe Papa ab Archiepiscopo illo interrogatus in illo casu duntaxat, cùm alecia se terrae inclinauerint, an liceret diebus festis pisca-

ri, ne occasio piscium illorum elaberetur? Respondet Summus Pontifex, non simpliciter illis licere;
,, sed indulget ipse, vt liceat: *Indulgemus* (inquiens)
,, *vt liceat parochianis vestris diebus dominicis, & alijs*
,, *festis (praeterquàm in maioribus anni solemnitatibus)*
,, *si alecia terræ se inclinauerint, eorum captioni, ingruẽ-*
,, *te necessitate intendere: ita quod post factam capturam*
,, *Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruam*
,, *faciant portionem.*

313 Neque hoc peculiare piscatoribus solùm est, sed & in recōdendis frugibus, illisque colligendis, si necessitas exegerit, seruatur; vt facultas illis fiat; ne pereant, ex quibus vita substentatur humana, vt aduertit *Gloss.* ibidem verbo *alecia*, & ibidem quoque *Glossella* marginalis Ioannis Andreæ. *Ioan. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 1. cap. 27. q. 7. Barbosa in collectan. ad dictum cap. licet num. 5. & 6. Quaranta in summ. Bullar. verbo dies festus.* referens sacræ Cōgregationis Concilii declarationem, Episcopus Minoren. *Thom. Zerola in praxi Episcopali p. 1. verbo festa. §. ad tertium. Martin. Becan. in summ. par. 2. de fide spe, & charitate. tom. 3. c. 25. quæst. 20. §. 3. in fin.* Neque summus Pontifex ipse simpliciter facultatem fecit parochianis illis, spreto Archiepiscopo, piscandi; sed respondens Archiepiscopo, eidem, indulsit, vt liceret piscari. Indigebunt proinde facultate Episcopi; vt nouerit ipse, an ingruat, nec ne necessitas. Quemadmodum, & frugum tempore, messis, & vindemiæ, Episcopi est cognoscere, an vrgeat necessitas diebus dominicis, & festis, manipulos alligare, vuas præmere, fructus recondere; atque permittere, vt liceat, vt paulò ante relati Doctores omnes vno sequuntur ore. Satis autem

tem

in manuali pastorum cap. 5. num. 2. in fine.

310 Ni Pharisaicum hoc esset scandalum, quod non officit. Sic Christus Dominus, & Magister noster. „ *Matth. 15. 14.* Apostolis dicentibus: *Scis quia Phari-* „ *sæi audito verbo hoc scandalizati sunt?* respondit: *Si-nite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Traditque differentias inter actiuum, & passiuum scandalum. *S. Thomas 2. 2. quæst. 43. art. 1. & 2.* & nos pluribus diximus *respons.* nostra 4. *à nu. 38. cum seq. par. 2.* & prosequitur *Martinus Becanus in summ. Theolog. par. 2. tom. 2. de fide, spe, & charit. cap. 27. de scandalo, quæst. 1. & seq.*

311 „ Nec nouum est, clericis laycos infensos oppido, „ vt tradit antiquitas: quod & præsentium experi- „ menta temporum manifestè declarant, dum suis fi- „ nibus non contenti, nituntur inuetitum, & ad illi- „ cita fræna relaxant: nec prudenter attendunt, quàm „ sit eis in clericos, Ecclesiasticasue personas, & bona „ interdicta potestas. Verba sunt Bonifacii Octaui in *cap. clericis laycos 3. de immunitat. Ecclesiast. in 6.*

312 Neque eorum firmum est argumentum ex allato supra *cap. licet 3. de feriis*, quo loco Alexander Tertius Tribunien. Archiepiscopo scribens: indulget ei, vt liceat suis parochianis alecia diebus dominicis, & aliis festis, si se terræ inclinauerint, piscari, modo Ecclesiis, & pauperibus congruam faciant portionem. Volentes ipsi ex hoc, semper licere piscatoribus diebus festis piscari, & proinde non egere facultate Episcoporum in illis diebus. Non enim hanc propositionem ex illo *tex.* habere possunt. Alexander quippe Papa ab Archiepiscopo illo interrogatus in illo casu dumtaxat, cùm alecia se terræ inclinauerint, an liceret diebus festis pisca-

ri, ne occasio piscium illorum elaberetur? Respondet Summus Pontifex, non simpliciter illis licere; ,, sed indulget ipse, vt liceat: *Indulgemus* (inquiens) ,, *vt liceat parochianis vestris diebus dominicis, & alijs* ,, *festis (prÆterquam in maioribus anni solemnitatibus)* ,, *si alecia terrÆ se inclinauerint, eorum captioni, ingruente* ,, *te necessitate intendere: ita quod post factam capturam* ,, *Ecclesijs circumpositis, & Christi pauperibus congruam* ,, *faciant portionem.*

313 Neque hoc peculiare piscatoribus solùm est, sed & in recõdendis frugibus, illisque colligendis, si necessitas exegerit, seruatur; vt facultas illis fiat; ne pereant, ex quibus vita substentatur humana, vt aduertit *Gloss.* ibidem verbo *alecia*, & ibidem quoque *Glossella* marginalis Ioannis Andrææ. *Ioan. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 1. cap. 27. q. 7. Barbosa in collectan. ad dictum cap. licet num. 5. & 6. Quaranta in summ. Bullar. verbo dies festus.* referens sacræ Cõgregationis Concilii declarationem, Episcopus Minoren. *Thom. Zerola in praxi Episcopali p. 1.* verbo *festa. §. ad tertium. Martin. Becan. in summ. par. 2. de fide spe, & charitate. tom. 3. c. 25. quæst. 20. §. 3. in fin.* Neque summus Pontifex ipse simpliciter facultatem fecit parochianis illis, spreto Archiepiscopo, piscandi; sed respondens Archiepiscopo, eidem indulsit, vt liceret piscari. Indigebunt proinde facultate Episcopi; vt nouerit ipse, an ingruat, nec ne necessitas. Quemadmodum, & frugum tempore, messis, & vindemiæ, Episcopi est cognoscere, an vrgeat necessitas diebus dominicis, & festis, manipulos alligare, vuas præmere, fructus recondere; atque permittere, vt liceat, vt paulò ante relati Doctores omnes vno sequuntur ore. Satis autem

tem

in manuali pastorum cap. 5. num. 2. in fine.

310 Ni Pharisaicum hoc esset scandalum, quod non officit. Sic Christus Dominus, & Magister noster.
" *Matth. 15. 14.* Apostolis dicentibus: *Scis quia Phari-*
" *sæi audito verbo hoc scandalizati sunt?* respondit: *Si-*
nite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Traditque differentias inter actiuum, & passiuum scandalum.
S. Thomas 2. 2. quæst. 43. art. 1. & 2. & nos pluribus diximus *respons.* nostra 4. à *nu. 38. cum seq. par. 2.* & prosequitur *Martinus Becanus in summ. Theolog. par. 2. tom. 2. de fide, spe, & charit. cap. 27. de scandalo, siquæst. 1. & seq.*

" Nec nouum est, clericis laycos infensos oppido,
" vt tradit antiquitas: quod & præsentium experi-
" menta temporum manifestè declarant, dum suis fi-
" nibus non contenti, nituntur inuetitum, & ad illi-
23 populorum. Vnde Summus Romanus Pontifex, caput visibile Ecclesiæ, habet sub se Episcopos, vt veros Principes, non vt Vicarios, & Proreges, vti
24 *Cardinalis Bellarminus* Archiepiscopus Capuanus, vitæ sanctitate, atque doctrina, dignitateque pur-

purpurea conspicuus, fulgidissimũ Ecclesiæ lumen,
atque suæ Religionis Illustrissimæ Societatis Iesu,
hæreticorum ādamantinus malleus nulli vnquam
in omni virtutum genere secundus. *Illustr. contro-
uers. tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 2. in fin. litte-
ra G. vers. de Ecclesia testamenti. & cap. 9. column. 16.
littera D. versic. vtrum autem expediat.* docet. veluti
sanctus Hilarius commentariorum in Matthæum
can. 26. in fin. 24. Populi Principes Episcopos ap-
„ pellat dicens: *Quamuis in communi nos ad uigilantiæ
„ curam adhortetur: specialem tamen populi principibus,
„ idest Episcopis in expectatione, aduentuque suo solici-
„ dinem mandat.* deduximus nos plura in nostro *apo-
„ logetico à num.* 343. ad finem pœnè vsque *par. 3.* no-
strarum responsionum. Sanctus Petrus, *prima epist.*
5. Episcopis scribens, quos seniorum nomine com-
pellat, exhortatur eos, vt solicitè pascant sibi com-
27 missos populos: *Pascite* (dicens:) *qui in vobis est
„ gregrem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè se-
„ cundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed volunta-
„ riè, neque dominantes in clero, sed forma facti gregis.
„ Et cum apparuerit Princeps pastorum percipietis im-
28 marcescibilem gloriæ coronam.* Pastorum Princeps
Christus est, ipsi pastores, qui sunt Episcopi, popu-
lorum Princeps sunt. non itaque vili habendi. ne,
qui ita nuuc flocci eos pendunt, cum apparuerit
Princeps pastorum in gehennam ignis æterni per-
29 dantur. Redeamus in viam vnde digressi sumus.
Accedat religiosissimus ille Iustinianus Imperator,
in *l. si quis ad declinandam 38. §. sin autem, C. de Episc.
„ & cleric.* qui sequentibus scribit: *Sin autem amplio-
„ res in ciuitate Xenones, vel ptochotrophia sunt ne in-
„ certa videatur pecuniarum datio, tunc ei Xenoni, vel*

ptochotrophio, qui pauperior esse dignoscitur, easdem res, vel pecunias assignari sancimus, hoc videlicet discutiendo à Viro Reuerendissimo locorum Antistite, & sub eo constitutis clericis. Audis à *Viro Reuerendissimo Antistite*, hoc est Episcopo, discutiendo. non vtique à Iudice seculari. vt *Gloss.* ibidem verbo *Antistite*
31 obseruat. *Sin autem* (sequitur Imperator) *nullus Xenon in Ciuitate inueniatur, tunc secundum de captiuis sanctionem, pro tempore Oeconomus sacrosanctæ Ecclesiæ, vel Episcopus hæreditatem accipiat.* Episcopus accipit hæreditatem, vt pauperibus diuidat, & hoc iure suo, quia Episcopos est. nulla ergo secularis Iudicis determinatione indiget, vt neoterici nostri nunc contendunt.

32 Quibus magis, magisque vt eos conuingamus, audiendam proponimus Iustiniani Cæsaris sanctionem in nouellis, in *auth. de Ecclesiasticis titulis cap.* 8. §. *si quis autem pro redemptione collat.* 9. neque enim obscuris, quin non apertissimis loquitur verbis.

„ *Si quis pro redemptione captiuorum* (inquiens) *aut alimentis pauperum hæreditatem, aut legatum reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, siue semel, siue annale, & hoc modis omnibus secundum testatoris voluntatem ab iis, quibus iussum est hoc facere, compleri. Si autem specialiter dixerit, quomodo pauperibus hoc relinquit, præcipimus sanctissimum Episcopum Ciuitatis, in qua testator habuit domicilium, percipere easdem res, & eius Ciuitatis pauperibus erogare. Si autem pro redemptione captiuorum aliquid relinquatur, & non nominatim testator dixerit, per quem oporteat fieri redemptionem captiuorum: Etiam sic iubemus res ad hoc relictas, locorum Episcopum, & eius œconomos accipere*

&

33 *& huiusmodi pium opus implere. In omnibus enim talibus pijs voluntatibus sanctißimos locorum Episcopos volumus prouidere, vt secundum defuncti voluntatem omnia procedant; Licet præcipuè à testatoribus, aut donatoribus interdictum sit eis ad hoc habere participium. Si autem, qui hoc facere iussi sunt, semel, & secundo à Beatißimo locorum Episcopo, aut eius œconomis per publicas personas admoniti distulerint, quæ disposita sunt adimplere, iubemus eos ob lucrum relictum eis, ab eo, qui hoc perceperit, amittere: Et locorum Episcopus omnes res cunctis (sicut dictum est) piis causis distribuat, cum fructibus, & augmentis medii temporis, & memorato lucro vendicare, & quæ testator disposuit adim-*
34 *plere. Scientes quia si neglexerint, pro his omnibus rationem Deo persoluent. Si autem sanctißimus locorum Episcopus reliquerit aliquid horum, quæ à nobis dicta sunt: liceat sanctißimo eius Metropolitæ hæc omnia exigere, & complere. Et omni alij licentia sit, huiusmodi mouere quæstionem, & studere, vt modis omnibus causæ piæ compleantur.* his Iustiuianus Imperator. Audistin loquentem Imperatorem? Animaduerte (amabo te) vnà mecum.
35 Primo, quo epitheto sacra Cæsarea Maiestas vtatur, cum Episcopum nuncupat. *Sanctißimum Episcopum Ciuitatis, sanctißimos locorū Episcopos, Beatißimo locorum Episcopo.* non ita neoterici nostri faciunt. At meminerint, quid Christus Dominus Apostolis contestatus fuerit *Lucæ* 10.16. sanctißimo
36 suo ore loquens: *Qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.* In locum Apostolorum Episcopi successerunt. Qui igitur Episcopos spernit, Apostolos spernit, & qui hos spernit, Christum spernit. qui autem Christum sper-

nit,

nit, ſpernit eum, qui Chriſtum miſit, qui eſt Deus
vnus in eſſentia, & trinus in perſonis. Epiſcopos
igitur, qui ſpernit, Chriſtum Deum ſpernit, ac to-
tam conſequenter ſanctiſſimam Trinitatem, Patrē,
Filium, & Spiritum ſanctum. confirmat hoc Ana-
cleti Papæ teſtimonium *d. can. in nouo. 2. §. ipſis quo-
que 21. diſtinct.* de Apoſtolis, ac conſequenter de
Epiſcopis loquens.
„ *Ipſis quoque decedentibus in locum eorum ſucceſſere*
„ *Epiſcopi, quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordi-*
„ *ne, & modo: Quos qui recipit, & verba eorum, Deum*
„ *recipit, qui autem ſpernit eos, eum à quo miſsi ſunt, &*
„ *cuius legatione funguntur, ſpernit, & ipſe indubitanter*
„ *ſpernetur à Domino.* Hæc ſummmus Pontifex Ana-
37 cletus. Credas ergo Euangelio. Credas Summo
Romano Pontifici. Credas *Iſaiæ* Prophætæ (*cap. 33*)
„ dicenti. *Væ qui prædaris, non ne & ipſe prædaberis? &*
„ *qui ſpernis, nonne ipſe ſperneris? cum conſumaueris de-*
„ *prædationem, deprædaberis. Cùm fatigatus deſieris con-*
„ *temnere, contemneris.* Timeas itaque: *Quoniam vin-*
„ *dex eſt Dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vo-*
„ *bis*, vt Paulus Apoſtolus Doctor Gentium 1. *ad*
„ *Theſſal.* 4. 6. loquitur. inferens conſequentiam: *Ita-*
„ *que qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum,*
„ *qui etiam dedit Spiritum ſanctum ſuum in nobis.* Me-
mineris, & paueas proinde, quia Dæmones illudēt
38 te. iuxta *Iſaiæ* 13. 21. illud: *nec paſtores requieſcent*
„ *ibi: ſed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eo-*
„ *rum draconibus. Et habitabunt ibi ſtructiones, & pilo-*
„ *ſi ſaltabunt ibi.* Septuaginta habent: *Et dæmones ſal-*
tabunt ibi. & eodem modo vertit *Pagninus*. & *Hie-*
ronymus putat eſſe dæmonia. vt aduertit *Pinctus*
in annotationibus ibidem, & *Dionyſ. Carthuſian.* &

refert ex Hieronymo Gratianus *can. si Paulus* 11. *in fin.* 32. *quæst.* 5. Dœmones ergo illudent te; & à dæmonibus sperneris, & saltabunt ibi, diem festum agentes, ad inferna te detrahentes, hæ

39 heu quàm *horrendum est incidere in manus Dei viuentis*. vt Apostolus Doctor Gentium ad *Hebræos* 10. 31. loquitur, nosque admonet. Ne oscitanter igitur agas. sed time, quod hæc omnia euenient, & tunc malo tuo videbis, quid sint in Ecclesia Dei Episcopi. *noli* igitur *altum sapere, sed time.* vt te Apastolus admonet Paulus ad *Roman.* 11.20.

Secundo, iubere Imperatorem, sanctissimum Episcopum Ciuitatis percipere relictas res, easq; pauperibus erogare. non sanè per Iudicis layci sententiã; sed sua authoritate, quia Episcopus est.

40 *Si enim animæ hominũ pretiosiores* (Episcopis) *cõcreditæ sũt, multò magis oportet eos curã de pecunijs agere.* vt ex canonibus Apostolorum loquitur *tex. in can. precipimus* 24. 12. *quæst.* 1. sequitur *Gloss.* ibidem verbo *multò magis*, & *Gloss. in can. quod Deo* 4. verbo *hunc* 33. *quæst.* 5. facitque ad rem argumentum, quo de vxore ad dotem Innocentius Tertius in *cap. per vestras* 7. §. *cum ergò de donat. inter virum, & vxorem.* vtitur. non magnum esse argumentans, si dos viro concredita sit, quãdo corpus eius, quod altioris est ordinis, quàm pecuniæ, ei traditum est.
» *Cur ergo* (inquiens) *satis possit ei modicum credi do-*
» *tis, cui creditum est corpus vxoris?* concinitque *tex. in l.* 1. *C. ne fideiussores dotium dentur.* & *l. hac lege* 8. *C. de pact. conuent.* diximusque *respons.* nostra 39. *nu.* 11. 12. & 13. *par.* 2.

Tertio, quod apertissimis verbis, quæ prouerbium

bium nullum implicant, Imperator ipse decernit, ac vult.

42 *In omnibus talibus pijs voluntitibus sanctissimos locorum Episcopos prouidere, vt secundum defuncti voluntatem, vniuersa procedant.* & hanc voluntatem confirmat: *licet precipuè à testatoribus, aut donatoribus interdictum sit eis habere ad hoc aliquod participium*. Nullum igitur expectandum erit laycalis Iudicis mandatum; sed ex se ipsis Episcopi prouidere poterunt, etiam laycis præcipiendo. Et hoc ipsum euidentiùs patet ex quarta, quæ sequitur perpensione. Mandat enim Imperator ibidem: si negligentes in implenda defuncti voluntate dati testamento exequutores fuerint; posse *Beatissimum locorum Episcopum* per publicas personas admonere eos, vt impleant; quod si nec paruerint, posse per se, quæ disposita sunt adimplere. Quin imo à negligentibus ipsis lucrum relictum eis auferre, atque res omnes cum fructibus, & augmentis medij temporis *vindicare*, & quæ testator disposuit, *adimplere*.

48 Si vindicat: ergo propria authoritate id facit, ac quasi dominus. Vindicare namque non nisi Dominus potest. Quia nimirum *Vindicatio competit ei, qui aut iure Gentilium, aut iure Ciuili dominium acquisiuit*. vt verba sunt Pauli in *l. in rem actio. 22. ff. de rei vindic. Lexicon* nouum iuridicum verbo *vindicare*. & diximus nos *responsione* nostra 55. *num. 5. par. 3.* nulla ergo indigebit laycalis Iudicis facultate, qui sua propria id potest.

44 Perperam ergo; & contra legem neoterici nostri faciunt, qui volunt Episcopum per se de legatis piis cognoscere non posse. pœnam igitur meren

tur. argumento *tex.* in *l. Gracchus* 4. *ff. ad legem Iuliã de adulter. & l. fin. ff. quod quisque iuris.*

45 Si contra legem faciunt. proinde peccant, nec leue, sed grauissimum facinus, *cap. 1. de constit. cap. fin.* ibi. Cuius transgressio periculum salutis inducit, *de consuetud. Abb. in cap. nam concupiscentiam* 4. *num.* 2. *de constitut. Sanctus Thomas* 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *Nauarr. man. cap.* 33. *num.* 48. *Couarr. regula peccatum par.* 2. *§.* 5. *num.* 3. *cum sequent.* diximus *respons.* 12. *num.* 4. *par.* 3.

Iure Ciuili, itaque atque Imperialium sanctione legum piarum causarum cognitio, & executio ad Episcopum pertinet, non ad laycum iudicem.

46 Adstruamus hoc item ex sacrorum Canonum censura. Accedat Primus Gregorius Tertius, qui in *cap. nos quidem de testament. extra.* rem totam sequenti aperit sanctione.

„ *Peruenit ad nos S. de hac luce migrasse, & supremæ*
„ *voluntatis elogio monasterium præcepisse fundari: cu-*
„ *ius desiderium à T. religiosa femina, eius hærede pro-*
„ *trahitur. Quamobrem hortamur, vt eam commoneas,*
„ *quatenus intra annum monasterium, quod iussum est,*
„ *debeat ordinare, & cuncta secundum voluntatem de-*
„ *functi, sine altercatione construere. Quod si intra præ-*
„ *dictum tempus, siue in loco, quo constitutum fuerat, seu,*
„ *si ibi non potest, & alibi placet ordinare, tecum implere*
„ *neglexerit: tunc per te ædificetur, & omnia per te loco*
„ *ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim se-*
„ *cundum pijssimas leges dilatas defunctorum pias vo-*
„ *luntates Episcopali decens est studio adimpleri.*

Per te inquit Summus Pontifex ædificetur, & omnia per te loco ipsi assignentur. Episcopus enim debet hoc facere, vt *Gloss.* ibidem *fin.* in verbo *le-*

ges adnotat. Non itaque laycalis Iudicis ministerio indigebit. Hoc ipsum firmat ex Concilio Maguntino, *tex.* in *cap. si heredes 6. eodem tit. de testamentis.* Absolutè nempè in hac re Concilium loquitur.

47 „ *Si hæredes* (dicens) *iussa testatoris non adim-*
„ *pleuerint. Ab Episcopo loci illius, omnis res, quæ eis re-*
„ *licta est, canonice interdicatur cum fructibus, & cete-*
„ *ris emolumentis. ut vota defuncti adimpleantur.*
Ab Episcopo loci dicit Concilium, non à Ciuitatis Gubernatore, neque à laycali Iudice.

48 *Ad Episcopum enim pertinet testamenti defensio,*
„ *seu executio testamenti, ut voluntas defuncti serue-*
„ *tur. & hoc præcipuè in ijs, quæ ad pias causas relin-*
„ *quuntur.* ut *Gloss.* ibidem verbo *ab Episcopo* loquitur.

Cõfirmatur præterea hoc multo validius ex his, quæ Gregorius IX. Nomonen. Episcopo in *cap. tua nobis 17. de testamentis* scripsit.

„ *Tua nobis Fraternitas intimauit* (inquiens) *quod*
„ *nonnulli tã religiosi, quam Clerici seculares, & layci pe-*
„ *cuniam, & alia bona, quæ per manus eorum ex testamen*
„ *tis decedentium debent in vsus pios expendi, non dubi-*
„ *tant alijs vsibus applicare.*

49 „ *Cùm igitur in omnibus pijs voluntatibus sit per*
„ *locorum Episcopos prouidendum: vt secundum defuncti*
„ *voluntatem vniuersa procedant, licet etiam à testatori-*
„ *bus id contigeret interdici: Mandamus quatenus execu-*
„ *tores testamentorum huiusmodi, vt bona ipsa fideliter,*
& plenariè in vsus prædictos expendant, monitione
„ *præmissa compellas.*

50 Nihil igitur desiderandum hoc sacro Canone restat in hac re. Aduertas tamen verbum illud (mo-

nitione

nitione præmiſſa) compellas.ideſt vrgeas,vim facias.exercebit proinde iuriſdictiocem in eos. non itaque iudicis layci authoritate egebit, vt vrgeat, vt compellat; ſed ex ſe ipſo; etiam per cenſuras eccleſiaſticas,vt infra probabimus. vt enim *Gloſſ.* ibidem verbo *pijs voluntatibus* admonet : *Relicta ad*
,, *pias cauſas per diœceſanum Epiſcopum debent executio-*
,, *ni mandari; ſi illi quibus hoc commiſſum fuerit, non*
,, *adimpleuerint. Infra eodem* Ioannes.*& ff.de petit hæ-*
,, *reditatis l. hæreditas*, §.1. *&* C. *de Epiſcop. & cleric. l. nulli* ſic Gloſſ.

Validum hoc quoque facit idem Gregorius IX. in *cap.Ioannes Clericus* 19.*eodem tit. de teſtament.*ſequentibus diſponens.

,, *Ioannes Clericus, &* P.*laycus executores vltimæ vo-*
,, *luntatis* O.*Clerici Sanctæ Crucis,qui venerabilibus,&*
,, *piis locis de bonis ſuis, in vltima voluntate legauit,*
,, *mandans inſuper ſatisfieri creditoribus per eoſdem.*
,, *Poſt mandatum ſuſceptum per dioeceſanum cogi debent*
,, *teſtatoris explere vltimam voluntatem.* ſic Gregorius Nonus,& Clemens Quintus in Concilio Viennen. in *clement. quia contingit* 2. §. *in quo. de religioſis domibus.* de Xenodochiis,& leproſarijs, atque hoſpitalium rectoribus loquens. ſequentibus infert.

51 ,, *In quo ſi forte commiſerint negligentiam*(gubernatores videlicet) *vel defectum, Ordinarijs locorum*
,, *iniungimus, vt etiam ſi pia loca prædicta exemptionis*
,, *priuilegio munita conſiſtant, per ſe ipſos, vel alios im-*
,, *pleant omnia præmiſſa, & ſingula,& rectores eoſdem,*
,, *vtique non exemptos, propria, exemptos verò, & alios*
,, *priuilegiatos Apoſtolica ad id authoritate compellant.*
,, *contradictores cuiuſcunque ſtatus &c. per cenſuram ec-*
,, *cleſiaſticam, & aliis iuris remediis compeſcendo.*

52 Non prætermittendum vero, quod *Gloss.* ibidem verbo iniungimus adnotat, cum sit animaduersione dignum; sequentibus enim. Iniungimus: *Non dicit*
,, *permittimus: per hoc patet, quod Ordinarij ad hoc te-*
,, *neantur ex præcepto.* idem Clemens Quintus in *Clemen.* 1. *& vn. de testam.* Quod igitur Ordinarii, siue Episcopi pias exequantur fidelium, qui ex humanis abrepti sunt, deiectas iam voluntates, ac pœne neglectas, ex præcepto tenentur, & Papæ, & sacri Concilii.

53 Non igitur, vt præceptum impleant, & Papæ, & Sacri Concilii, ad laycos iudices eos recurrere oportebit, sed per se ipsos implere poterunt, iurisdictionem in laycos quoque habentes, cum cognitio ad Religionem pertineat, vt paulò infra dicemus.

54 Quæ omnia peculiari sanctione sacrosancta Tridentina synodus *sess.* 22. *cap.* 8. *de reformat.* postmodum confirmauit, sequentibus loquens.
,, *Episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati,*
,, *in casibus à iure concessis, omnium piarum disposi-*
,, *tionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos*
,, *sint executores: habent ius visitandi hospitalia, colle-*
,, *gia quæcunque &c. & ipsi ex officio suo iuxta sacro-*
,, *rum Canonum statuta cognoscant, & exequantur;*
,, *non obstantibus quacunque consuetudine, etiam im-*
,, *memorabili, priuilegio, aut statuto.* Sic sacrum Concilium.

Stabilem proinde sententiam hanc fecimus, ciuilium, atque Imperialium legum dispositione, sacrorum Canonum censura, atque sacrorum Conciliorum, Viennensis, & Tridentini sanctionibus. reliquum est, vt ratione firmiorem illam, inuiolabi-

bilemque reddamus.

55 Ea verò hæc eſt, quia res eſt ad Religionem ſpe-
56 ctans. Ad fidem itaque. Idem nempè ſunt rem ad religionem, atque ad fidem ſpectare. Faciant tibi hanc fidem tres Imperatores, Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius in *l. cunctos populos* 1. *C. de ſumma Trinitate, & fide catholica* in illis verbis: *cùm de religione catholica fidei ea ſapis*. Religio igitur, fidei vnitur, atque vnum quid æſtimatur. Idem pariter Imperator Iuſtinianus in *l. cum recta, C. eodem*, dicens: *Cùm recta, & inculpata religio, quam profitetur, & prædicat ſancta Dei, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia. hæc autem fides eſt Catholica.* Idem igitur eſt, rem eſſe de fide, atque de religione.

57 „ *Sine fide autem impoſsibile eſt placere Deo.* Vt Apoſtolus Doctor Gentium ad *Hæbreos* 11. 6. docet].

58 Nullus ergo religioſus erit, qui ſine fide, quæ fundamentum religionis eſt, fuerit.

59 Quæ verò ad fidem, atque religionem ſpectant, ad Eccleſiæ; Epiſcoporum Catholicorum proinde cognitionem ſpectant: *Gloſſ. in can. ſi quis ſuper his.* 42. *verbo ſi quis* 2. *q.* 7. quin eis in hoc etiam præſtito ſacramento omnes layci, etiam Comites, Barones, Ciuitatumque rectores parere, obſequiue debebunt. vti Lucius Tertius, *cap. ad abolendum* 9. *§. ſtatuimus de hæretic. extrà* diſponit. & Alexander Quartus *in cap. præſidentes* 6. *eodem tit. in* 6. & Bonifacius Octauus in *cap. vt inquiſitionis* 18. *eod. tit. & lib.*

60 Vt nedum ea cognoſcere non poſsint layci, quamuis ſacræ Theologiæ cognitione, doctrinaque prædìti, ſed neque prædicare. vt Innocentius

Ter-

Tertius decreuit in *cap. cum ex iniuncto 12.* & Gregorius Nonus *in c. sicut in vno 14. de hæretic. extrà.*

61 Ex ore sacerdotum nempè scientia Dei, atque lex requirenda erit. Sic enim *Malachiæ* Prophetæ testimonio Dominus testatur: *Labia enim sacerdotis* (inquiens) *custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus* Domini *exercituum est.*

62 Ipsi quippe nedum Angeli, qui nobis bona nunciant (vitam scilicet æternam) sed dij nuncupantur, iuxta illud psalm. 81. 6. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.* & vsurpauit Dominus, ac Magister noster Iesus filius Dei. Ioann. 10. 34. *Si illos* (inquiens) *dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est; & non potest solui scriptura.* Propter (quod verba sunt Innocentii Tertii *d. cap. cum ex iniuncto 2. §. licet autem.*) Dominus in lege *(Exod. 22.)* præcepit: Dijs non detrahes: sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam Ordinis, & officij dignitatem, Deorum nomine nuncupantur.

63 Ad eos proinde qui Dij dicuntur (participatione) & qui veri Dei ministri sunt, & dispensatores mysteriorum Dei. (*Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Paulus dicit Apostolus 1. *ad Corinth.* 4. 1. eorum, quæ ad religionem, fidemque pertinent, cognitio spectat.

64 Quoniam ipsorum est, *vt legem scrutabiliter, non transitoriè, tàm sacros Canones, & sanctum Euangelium, quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam habeant, atque secundum mandata conseruare, & docere sibi populum commissum.* vt de Episcodis sexta synodus relata, *can. omnes psallentes 6. 38. dist.* loquitur.

65 Nam-

65 Namque, vt argumentatur Hieronymus in Isaiam commentariorum. relatus, *can. si iuxta 9. eadem*
,, 38. *dist.* dicens: *Si iuxta Apostolum Paulum Christus*
,, *Dei virtus est, & Dei Sapientia: & qui nescit Scriptu-*
,, *ras, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam; scriptu-*
,, *rarum ignorantia, Christi est ignorantia.* ex quo lo-
,, co, *Gloss.* sequens format Entimema. *Christus est*
,, *scientia, ergo, qui ignorat scientiam, ignorat Christum.*

66 Præterquam quod vbi vbi de peccato agitur, Episcoporum, etiam quoad laycos, cognitio est, eiusque iurisdictioni subduntur omnes. vt Innocentius Tertius, *cap. nouit ille 8. de iudicijs, §. nō enim*
,, *intendimus*, dicens: *Sed decernere de peccato, cuius ad*
,, *nos pertinent sine dubitatione censura: quam in quem-*
,, *libet exercere possumus, & debemus.*

67 Qui verò pia exequi relicta negligunt, infideles habentur, pessimoque se fœdant sacrilegio, quasi egentium necatores, vt excommunicationis tarthareo fune ligari debeant. Vti apud Cartaginēse Concilium, atque Varense in *can. qui oblationes 9. & 10. 13. quæst. 2.* decretum fuit.

68 Ad Episcopos ergo hęc pia relicta exequi, atque iudicare spectabit. *can. admonere 14. & can. consideratio. 15. 16. q. 1.* eosque, qui sacrilego scelere se fœdarunt, iuris acrimonia ferire.

69 Quid. n. ita infidum esse potest, aut excogitari, quā vel genitorum, vel sanguine arctè coniunctorum animas; qui ipsis fiderunt, suaque omnia reliquerunt, eorum socordia (quin non dicam impietate) in atrocissimis ipsis purgatorii pœnis diutius detinere: quando illas, factis pro earum celeri solutione sacrificiis, datisque pauperibus vel Ecclesiis de-

demandatis eleemosynis, piissimi Domini pietate soluissent?

70 Quatuor quippe modis defunctorum piorum
,, animæ à pœnis soluuntur purgatorijs: *aut oblatio-*
,, *nibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charo-*
,, *rum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* vt Grego-
,, rius Papa *can. animæ defunctorum* 22. 23. *quæst.* 2.
loquitur.

71 Quid equidem tàm infidele, quàm patri, vel matri, quæ reliquere, denegare suffragia, eaque ab eis auferre? Multo magis hoc ipsum erit, à Deo, qui creatione pater est omnium, & ab Ecclesia, quæ meter nostra est, quæ relicta sunt piè, auferre impiè, vt homicidij vice computetur. Non nostra hæc est cognitio, sed Anacleti Papæ, *can. qui abstulerit.* 6.12.*q*.2. Audias (quæso) illum.

,, *Qui abstulerit* (inquit) *patri, aut matri aliquid,*
,, *dicetque hoc peccatum non esse, homicidii particeps est.*
,, *Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater*
,, *verò nostra Ecclesia est, quæ nos in baptismo regenera-*
,, *uit. Ergo, qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit, vel*
,, *fraudat, homicida est.* sic Anacletus. Aduertendum autem, quod *Gloss.* exponens verbum illud *abstulerit*, exaudit pro denegatione necessariorum, dicēs.
,, *Homicida enim est, qui non pascit patrem, & matrem.* Similis textus *in can. inter cętera* 22.*quæst*.4. quo lóco *Gloss.* verbo *vel matricidii*, rationem reddens, di-
,, cit: *Videtur enim necare illum, cui non præstat alimenta*, allegat *d. tex. in d. can. qui abstulerit* 12.*quæst*.2. & *can. non satis est* 14. 86.*dist. l. necare* 4. *ff. de liberis agnoscend.*

73 Qui verò patri, vel matri præsertim, suffragia de-

denegat, non temporalem eis vitam auferunt, sed æternam: retinent quippe sua impietate, ne factis suffragiis, quãtocius ad immarcescibilem gloriam, vultu Dei sole fulgidissimo splendidiore fruituræ, eorum perueniant animæ. quam maximo igitur facinore, homicidio peiore, se obstringunt. Ecclesiastica propterea per excommunicationem coertione digni.

74 Hoc autem ad Episcopos spectat, non ad laycos iudices, vel potestates. Petro nempe, & cœteris „ Apostolis Dominus dixit: *Quodcumque ligaueris su-* „ *per terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcumque sol-* „ *ueris super terram, erit solutum, & in coelis.* Matth. 16. 19. & sequitur Innocentius Tertius in *cap. solitæ 6. §. nos tamen de maiorit. & obed. can. quodcumque 6. 24. q. 1.*

75 Namque excommunicatio actus mere Ecclesiasticus est, à potestate canonum, & ipsius Ecclesiæ constitutionibus procedens, atque omninò incompetens iudici, & seculari potestati. ad *tex.* in *cap.* 2. cum ibi notatis *de iudic.* sacrum Tridentinum Con„ cilium *sess. 25. cap. 3. de reformat. §. Nefas autem id iu-* „ *dici sæculari*: ibi cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, *tex. in cap. si iudex laycus 12. in princip. vbi Gloss. verbo spirituali de sentent. excommunicat. in 6. Calderin. consil. 9. de iudic. & foro compet. Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 48. num. 7.*

76 Quia potestas hæc à clauibus descendit, quas Dominus noster Petro, cęterisque Apostolis, non Pilato neque Herodi Regi, cæterisque laycis potestatibus tradidit *d. can. quodcunque 6. 24. quæst. 1. S. Thom. in 3. par. in supplem. quæst. 21. artic. secundo,*

demandatis eleemosynis, piissimi Domini pietate soluissent?

70 Quatuor quippe modis defunctorum piorum „ animæ à pœnis soluuntur purgatorijs: *aut oblatio-* „ *nibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charo-* „ *rum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* vt Grego- „ rius Papa *can. animæ defunctorum* 22. 23. *quæst.* 2. loquitur.

71 Quid equidem tàm infidele, quàm patri, vel matri, quæ reliquere, denegare suffragia, eaque ab eis auferre? Multo magis hoc ipsum erit, à Deo, qui creatione pater est omnium, & ab Ecclesia, quæ meter nostra est, quæ relicta sunt piè, auferre impiè, vt homicidij vice computetur. Non nostra hæc est cognitio, sed Anacleti Papæ, *can. qui abstulerit.* 6. 12. *q.* 2. Audias (quæso) illum.

„ *Qui abstulerit* (inquit) *patri, aut matri aliquid,* „ *dicetque hoc peccatum non esse, homicidii particeps est.* „ *Pater noster sine dubio* Deus *est, qui nos creauit: mater* „ *verò nostra* Ecclesia *est, quæ nos in baptismo regenera-* „ *uit.* Ergo, *qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit, vel* „ *fraudat, homicida est.* sic Anacletus. Aduertendum autem, quod *Gloss.* exponens verbum illud *abstulerit*, exaudit pro denegatione necessariorum, dicẽs. „ *Homicida enim est, qui non pascit patrem, & matrem.* Similis textus *in can. Inter cętera* 22. *quæst.* 4. quo loco *Gloss.* verbo *vel matricidii*, rationem reddens, di- „ cit: *Videtur enim necare illum, cui non præstat alimenta*, allegat *d. tex. in d. can. qui abstulerit* 12. *quæst.* 2. & *can. non satis est* 14. 86. *dist. l. necare* 4. *ff. de liberis agnoscend.*

73 Qui verò patri, vel matri præsertim, suffragia de-

denegat, non temporalem eis vitam auferunt, sed æternam: retinent quippe sua impietate, ne factis suffragiis, quãtocius ad immarcescibilem gloriam, vultu Dei sole fulgidissimo splendidiore fruituræ, eorum perueniant animæ. quam maximo igitur facinore, homicidio peiore, se obstringunt. Ecclesiastica propterea per excommunicationem coertione digni.

74 Hoc autem ad Episcopos spectat, non ad laycos iudices, vel potestates. Petro nempe, & cœteris
,, Apostolis Dominus dixit: *Quodcumque ligaueris su-*
,, *per terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcumque sol-*
,, *ueris super terram, erit solutum, & in coelis.* Matth. 16. 19. & sequitur Innocentius Tertius in *cap. solitæ 6. §. nos tamen de maiorit. & obed. can. quodcumque 6. 24. q. 1.*

75 Namque excommunicatio actus mere Ecclesiasticus est, à potestate canonum, & ipsius Ecclesiæ constitutionibus procedens, atque omninò incompetens iudici, & seculari potestati. ad *tex.* in *cap.* 2. cum ibi notatis *de iudic.* sacrum Tridentinum Con-
,, cilium *seß. 25. cap. 3. de reformat. §. Nefas autem id iu-*
,, *dici sæculari:* ibi cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, *tex. in cap. si iudex laycus 12. in princip. vbi Gloss. verbo spirituali de sentent. excommunicat. in 6. Calderin. consil. 9. de iudic. & foro compet. Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 48. num. 7.*

76 Quia potestas hæc à clauibus descendit, quas Dominus noster Petro, cęterisque Apostolis, non Pilato neque Herodi Regi, cæterisque laycis potestatibus tradidit *d. can. quodcunque 6. 24. quæst. 1. S. Thom. in 3. par. in supplem. quæst. 31. artic. secundo,*

demandatis eleemosynis, piissimi Domini pietate soluissent?

70 Quatuor quippe modis defunctorum piorum
„ animæ à pœnis soluuntur purgatorijs: *aut oblatio-*
„ *nibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charo-*
„ *rum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* vt Grego-
„ rius Papa *can. animæ defunctorum* 22. 23. *quæst.* 2.
loquitur.

71 Quid equidem tàm infidele, quàm patri, vel matri, quæ reliquere, denegare suffragia, eaque ab eis auferre? Multo magis hoc ipsum erit, à Deo, qui creatione pater est omnium, & ab Ecclesia, quæ mater nostra est, quæ relicta sunt piè, auferre impiè, vt homicidij vice computetur. Non nostra hæc est cognitio, sed Anacleti Papæ, *can. qui abstulerit.* 6. 12. *q.* 2. Audias (quæso) illum.

„ *Qui abstulerit* (inquit) *patri, aut matri aliquid,*
„ *dicetque hoc peccatum non esse, homicidii particeps est.*
„ *Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater*
„ *verò nostra* Ecclesia *est, quæ nos in baptismo regenera-*
„ *uit.* Ergo, *qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit, vel*
„ *fraudat, homicida est.* sic Anacletus. Aduertendum
autem, quod *Gloss.* exponens verbum illud *abstulerit*, exaudit pro denegatione necessariorum, dicẽs.
„ *Homicida enim est, qui non pascit patrem, & matrem.*
Similis textus *in can. inter cętera* 22. *quæst.* 4. quo loco *Gloss.* verbo *vel matricidii*, rationem reddens, di-
„ cit: *Videtur enim necare illum, cui non præstat alimenta*, allegat *d. tex. in d. can. qui abstulerit* 12. *quæst.* 2. & *can. non satis est* 14. 86. *dist. l. necare* 4. *ff. de liberis agnoscend.*

73 Qui verò patri, vel matri præsertim, suffragia

de-

denegat, non temporalem eis vitam auferunt, sed æternam: retinent quippe sua impietate, ne factis suffragiis, quātocius ad immarcescibilem gloriam, vultu Dei sole fulgidissimo splendidiore fruituræ, eorum perueniant animæ. quam maximo igitur facinore, homicidio peiore, se obstringunt. Ecclesiastica propterea per excommunicationem coertione digni.

74 Hoc autem ad Episcopos spectat, non ad laycos iudices, vel potestates. Petro nempe, & cœteris
„ Apostolis Dominus dixit: *Quodcumque ligaueris su-*
„ *per terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcumque sol-*
„ *ueris super terram, erit solutum, & in coelis.* Matth. 16. 19. & sequitur Innocentius Tertius in *cap. solitæ* 6. §. *nos tamen de maiorit. & obed. can. quodcumque* 6. 24. *q.* 1.

75 Namque excommunicatio actus mere Ecclesiasticus est, à potestate canonum, & ipsius Ecclesiæ constitutionibus procedens, atque omninò incompetens iudici, & seculari potestati. ad *tex.* in *cap.* 2. cum ibi notatis *de iudic.* sacrum Tridentinum Con-
„ cilium *sess.* 25. *cap.* 3. *de reformat.* §. *Nefas autem id iu-*
„ *dici sæculari*: ibi cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, *tex. in cap. si iudex laycus* 12. *in princip. vbi Gloss. verbo spirituali de sentent. excommunicat. in* 6. *Calderin. consil.* 9. *de iudic. & foro compet. Marius Antonin. variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 48. *num.* 7.

76 Quia potestas hæc à clauibus descendit, quas Dominus noster Petro, cęterisque Apostolis, non Pilato neque Herodi Regi, cæterisque laycis potestatibus tradidit *d. can. quodcunque* 6. 24. *quæst.* 1. S. *Thom. in* 3. *par. in supplem. quæst.* 21. *artic. secundo,*

demandatis eleemosynis, piissimi Domini pietate soluissent?

70 Quatuor quippe modis defunctorum piorum „ animæ à pœnis soluuntur purgatorijs: *aut oblatio-* „ *nibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charo-* „ *rum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* vt Grego- „ rius Papa *can. animæ defunctorum* 22. 23. *quæst.* 2. loquitur.

71 Quid equidem tàm infidele, quàm patri, vel matri, quæ reliquere, denegare suffragia, eaque ab eis auferre? Multo magis hoc ipsum erit, à Deo, qui creatione pater est omnium, & ab Ecclesia, quæ mater nostra est, quæ relicta sunt piè, auferre impiè, vt homicidij vice computetur. Non nostra hæc est cognitio, sed Anacleti Papæ, *can. qui abstulerit.* 6.12.*q*.2. Audias (quæso) illum.

„ *Qui abstulerit* (inquit) *patri, aut matri aliquid,* „ *dicetque hoc peccatum non esse, homicidii particeps est.* „ *Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit: mater* „ *verò nostra Ecclesia est, quæ nos in baptismo regenera-* „ *uit. Ergo, qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit, vel* „ *fraudat, homicida est.* sic Anacletus. Aduertendum autem, quod *Gloss.* exponens verbum illud *abstulerit,* exaudit pro denegatione necessariorum, dicēs. „ *Homicida enim est, qui non pascit patrem, & matrem.* Similis textus *in can. inter cętera* 22.*quæst*.4. quo loco *Gloss.* verbo *vel matricidii*, rationem reddens, di- „ cit: *Videtur enim necare illum, cui non præstat alimenta,* allegat *d. tex. in d. can. qui abstulerit* 12.*quæst*.2. & *can. non satis est* 14. 86.*dist.l.necare* 4. *ff. de liberis agnoscend.*

73 Qui verò patri, vel matri præsertim, suffragia

de-

denegat, non temporalem eis vitam auferunt, sed æternam: retinent quippe sua impietate, ne factis suffragiis, quãtocius ad immarcescibilem gloriam, vultu Dei sole fulgidissimo splendidiore fruituræ, eorum perueniant animæ. quam maximo igitur facinore, homicidio peiore, se obstringunt. Ecclesiastica propterea per excommunicationem coertione digni.

74 Hoc autem ad Episcopos spectat, non ad laycos iudices, vel potestates. Petro nempe, & cœteris
„ Apostolis Dominus dixit: *Quodcumque ligaueris su-*
„ *per terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcumque sol-*
„ *ueris super terram, erit solutum, & in coelis.* Matth. 16. 19. & sequitur Innocentius Tertius in *cap. solitæ 6. §. nos tamen de maiorit. & obed. can. quodcumque 6. 24. q. 1.*

75 Namque excommunicatio actus mere Ecclesiasticus est, à potestate canonum, & ipsius Ecclesiæ constitutionibus procedens, atque omninò incompetens iudici, & seculari potestati. ad *tex.* in *cap.* 2. cum ibi notatis *de iudic.* sacrum Tridentinum Con-
„ cilium *sess. 25. cap. 3. de reformat. §. Nefas autem id iu-*
„ *dici sæculari*: ibi cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, *tex. in cap. si iudex laycus 12. in princip. vbi Gloss. verbo spirituali de sentent. excommunicat. in 6. Calderin. consil. 9. de iudic. & foro compet. Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 48. num. 7.*

76 Quia potestas hæc à clauibus descendit, quas Dominus noster Petro, cęterisque Apostolis, non Pilato neque Herodi Regi, cæterisque laycis potestatibus tradidit *d. can. quodcunque 6. 24. quæst. 1. S. Thom. in 3. par. in supplem. quæst. 31. artic. secundo,*

Tertius decreuit in *cap. cum ex iniuncto 12.* & Gregorius Nonus *in c. sicut in vno 14. de hæretic. extrà.*

61 Ex ore sacerdotum nempè scientia Dei, atque lex requirenda erit. Sic enim *Malachiæ* Prophetæ testimonio Dominus testatur: *Labia enim sacerdotis* (inquiens) *custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est.*

62 Ipsi quippe nedum Angeli, qui nobis bona nunciant (vitam scilicet æternam) sed dij nuncupantur, iuxta illud psalm. 81. 6. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.* & vsurpauit Dominus, ac Magister noster Iesus filius Dei. Ioann. 10. 34. *Si illos* (inquiens) *dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura.* Propter (quod verba sunt Innocentii Tertii *d. cap. cum ex iniuncto 2. §. licet autem.*) Domi-
„ nus in lege *(Exod. 22.)* præcepit: Dijs non detrahes:
„ sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam Ordinis, & officij dignitatem, Deorum nomine nuncupantur.

63 Ad eos proinde qui Dij dicuntur (participatione) & qui veri Dei ministri sunt, & dispensatores mysteriorum Dei. *(Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Paulus dicit Apostolus 1. *ad Corinth.* 4. 1. eorum, quæ ad religionem, fidemque pertinent, cognitio spectat.

64 Quoniam ipsorum est, *vt legem scrutabiliter, non*
„ *transitoriè, tàm sacros Canones, & sanctum Euange-*
„ *lium, quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinam*
„ *scripturam habeant, atque secundum mandata conser-*
„ *uare, & docere sibi populum commissum.* vt de Episcodis sexta synodus relata, *can. omnes psallentes 6. 38. dist.* loquitur.

65 Nam-

65 Namque, vt argumentatur Hieronymus in Isaiam commentariorum. relatus, *can. si iuxta 9. eadem*
„ 38. *dist.* dicens: *Si iuxta Apostolum Paulum Christus*
„ *Dei virtus est, & Dei Sapientia: & qui nescit scriptu-*
„ *ras, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam; scriptu-*
„ *rarum ignorantia, Christi est ignorantia.* ex quo lo-
„ co, *Gloss.* sequens format Entimema. *Christus est*
„ *scientia, ergo, qui ignorat scientiam, ignorat Christum.*

66 Præterquam quod vbi vbi de peccato agitur, Episcoporum, etiam quoad laycos, cognitio est, eiusque iurisdictioni subduntur omnes. vt Innocentius Tertius, *cap. nouit ille 8. de iudicijs, §. nō enim*
„ *intendimus*, dicens: *Sed decernere de peccato, cuius ad*
„ *nos pertinent sine dubitatione censura: quam in quem-*
„ *libet exercere possumus, & debemus.*

67 Qui verò pia exequi relicta negligunt, infideles habentur, pessimoque se fœdant sacrilegio, quasi egentium necatores, vt excommunicationis tarthareo fune ligari debeant. Vti apud Cartaginēse Concilium, atque Varense in *can. qui oblationes 9. & 10. 13. quæst. 2.* decretum fuit.

68 Ad Episcopos ergo hęc pia relicta exequi, atque iudicare spectabit. *can. admonere 14. & can. consideratio. 15. 16. q. 1.* eosque, qui sacrilego scelere se fœdarunt, iuris acrimonia ferire.

69 Quid. n. ita infidum esse potest, aut excogitari, quā vel genitorum, vel sanguine arctè coniunctorum animas; qui ipsis fiderunt, suaque omnia reliquerunt, eorum socordia (quin non dicam impietate) in atrocissimis ipsis purgatorii pœnis diutius detinere: quando illas, factis pro earum celeri solutione sacrificiis, datisque pauperibus vel Ecclesiis

de-

denegat, non temporalem eis vitam auferunt, sed æternam: retinent quippe sua impietate, ne factis suffragiis, quãtocius ad immarcescibilem gloriam, vultu Dei sole fulgidissimo splendidiore fruituræ, eorum perueniant animæ. quam maximo igitur facinore, homicidio peiore, se obstringunt. Ecclesiastica propterea per excommunicationem coertione digni.

74 Hoc autem ad Episcopos spectat, non ad laycos iudices, vel potestates. Petro nempe, & cœteris
„ Apostolis Dominus dixit: *Quodcumque ligaueris su-*
„ *per terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcumque sol-*
„ *ueris super terram, erit solutum, & in coelis.* Matth. 16. 19. & sequitur Innocentius Tertius in *cap. solitæ 6.* §. *nos tamen de maiorit. & obed. can. quodcumque 6.* 24. *q.* 1.

75 Namque excommunicatio actus mere Ecclesiasticus est, à potestate canonum, & ipsius Ecclesiæ constitutionibus procedens, atque omninò incompetens iudici, & seculari potestati. ad *tex.* in *cap.* s2. cum ibi notatis *de iudic.* sacrum Tridentinum Con-
„ cilium *sess. 25. cap. 3. de reformat.* §. *Nefas autem id iu-*
„ *dici sæculari:* ibi cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, *tex. in cap. si iudex laycus* 12. *in princip. vbi Gloss. verbo spirituali de sentent. excommunicat. in 6. Calderin. consil. 9. de iudic. & foro compet. Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resol. 48. num. 7.*

76 Quia potestas hæc à clauibus descendit, quas Dominus noster Petro, cęterisque Apostolis, non Pilato neque Herodi Regi, cæterisque laycis potestatibus tradidit *d. can. quodcunque 6.* 24. *quæst.* 1. S. *Thom. in 3. par. in supplem. quæst.* 31. *artic. secundo,*

*Couarr.in cap.alma mater in prima par.relict.in princ. num.7. & 8.Sayr.in thesaur.de censur.lib.1. cap.4.nu. 5. & 6. Aegid.de ConinK de censur.disput.13. dub.3. num.24.in 1.conclus.*diximus *respons.nostra* 21.*num.* 109.*&* 110.*par.2.* & excommunicare,opus est Spiritus sancti, *Gratianus can.audiuimus* 4. §.*vnde non nisi* 24.*q.*1.

Ad Episcopos ergo cognitio spectabit piarum causarum. Quia res est, quæ ad religionem pertinet.

77 Quia Episcopis omnes homines, etiam Principes terræ,obedire oportet. vt Clemens Tertius in *cap.omnes principes* 4.*de maioritat.& obedient.* omnibus contestatur, dicens: *Omnes Principes terra, & cateros homines Episcopis obedire Beatus Petrus pracipiebat.*

Hæc, quæ hucusque, & Ciuilibus, atque Imperialibus firmauimus legibus, sacrorumque Canonum sanctione, ac sacrorum Conciliorum,Tridentini potissimum.constitutione;nec non euidenti muniuimus ratione, etiam Doctorum authoritate vallemus oportet.

78 Horum igitur antesignanus sit Innocentius IV. magnus ille,& inter Doctores,atque inter Pontifices.Is nempè in *d.cap nos quidem* 3.*de testament.* in verbo *per te.* sequentibus rem profert verbis: *Defensio* (inquiens) *testamentorum ad Episcopum pertinet:maximè verò ad pias causas:*non erit huic summo Pontifici secunda *Gloss.in can. Siluester* 10. *verbo in vestro* 11.*quast.prima*,quæ rationem dicti in *tex.*reddens: *Authoritate enim* (dicit) *Episcopi voluntas defunctorum mandatur executioni.extra de testamentis si hæredes.* vbi *Glossella* marginalis *Archidiac.* addit.

Et

„ *Et intelligunt quidam hoc tantum in relictis ad pias* „ *causas, vt patet in eo, quod legitur, & notatur extra* „ *eodem titulo, cap. tua, versic. cum igitur. & cap. nos quidem in fin.* sic Glossella, *& Gloss. in d. can. admanere* „ 14. *verbo ne pia* 16. *q.* 1. *Immò ad Episcopum spectat* (inquiens) *exequi voluntates defunctorum.* cui non inconcinnè annectitur *Gloss. in l. in testamento* 27. in verbo *debere, ff. de conditionibus, & demonstration.* Agens enim dicto tex. Alfenus Varus *lib.* 5. digestorum, de eo, qui monumentum extruendum reliquerat, nec modum expresserat: an cogendus esset hæres ad monumentum extruendum? affirmat „ Alfenus; *omnino secundum substantiam, & dignitatem* „ *defuncti extrui debere.* Per quem autem compelle„ tur? hoc *Gloss.* subnectit: *Compellentur autem* (inqui„ ens) *Pontificali authoritate: vt supra de petit. hæredi*„ *tat. l. hæreditas.* Quo loco, *Gloss. fin.* Accursii, verbo *Principali.* Satis concinnè ad rem nostram, etiam dicti rationem referens: *Et sic nota* (inquit) *quod ad Episcopum hoc spectat:* (exequi scilicet pias defunctorum voluntates) *sicuti & alia, quæ ad religionem spectant, vt C de Episcopis, & cleric. l. nulli,* §. *quod si in vico.* ita Accursius. Accedat huic *Angel. in l. quidam cum testamentum* 5. §. *illo videlicet num.* 4. *C. de necessar. seruis hæredib. instituend.* qui resolutiuè loquitur.

„ *Exequutio autem* (dicens) *voluntatis piæ non est* „ *dubium, quod pertinet ad Episcupum tam de iure ca*„ *nonico, quàm ciuili.* Aduocemus huic socium proauum nostrum *Robertũ Marantã, qui in speculo quarta par. in* 11. *distinct. iudiciorum.* Iudicium aliud seculare, aliud Ecclesiasticum, *nu* 6. casus referens, in quibus ecclesiasticus Iudex cõtra laycos cognoscit.

79 „ Item(inquit) *quando agitur pro legatis pijs con-*
„ *sequendis à layco, potest laycus conueniri à Iudice*
„ *Ecclesiastico, puta quando sunt legata facta Ecclesijs,*
„ *vel pauperibus, vel aliter pro anima. Gloss. est in cap. relatum il primo, & ibi Abb. in fin. de testament. Bald. in l. nulli, colum. final. C. de Episcop. cleric.* cui accedit *Petrus Foller.* ibidem addens. neque ab his abijciendus est. *Baldus nouellus de dote par.* 5. *num.* 14.
80 *volum.* 5. *tract. fol.* 147. dum decernit pro dote pauperi relictæ puellæ, posse Episcopum, vti executorem piarum omnium dispositionum, iure adhiri. Magnus quoque Archiepiscopus ille, *Didacus à Couarruuias in d. cap. relatum* 11. *num.* 13. *de testam. in Gloss. final.* non inerudrtis, vt fuerit, verbis ita subnectit.
„ *Gloss. vltima egregiè probat: legata pia posse etiam*
„ *coram Iudico Ecclesiastico peti ab ipso hærede layco, ex*
„ *verbis huius capit. quod notat Abb. Imol. & Barbat. hic*
81 *2. columm. aduersus Ancharanum. In qua controuersia*
„ *non oportet immorari, cùm causa pia sit tractanda,*
„ *iuxta iuris Pontificii sanctiones; & ideo ni mirum si eius cognitio, & definitio Ecclesiasticis iudicibus iure competat.* ita Couarr.
82 Huic accedat Scipio Rouitus inter Ministros sacræ Catholicæ Maiestatis, non secundus, ac Regiæ Cancellariæ Regens, qui etiam ex multis annis in in Tribunali Fabricæ Sancti Petri secundarum causarum Consultori fuit. hic inter sui temporis Iuris Consultos facile primus. in *Commentar. ad pragmaticas tit. de legat. piis pragmat. prima. num.* 12; prouerbium nullum dicens, absolutè loquitur.
„ *Et de iure communi omnia legata pia sunt exequen-*
„ *da per Episcopum loci, vt in §. si quis autem pro re-*
dem-

„ *demptione in authentic.de Ecclesiastic.tit.* sic ille, cuius testimonium permagni faciendum est, cum fuerit Regiæ Maiestatis Catholicæ ex multis annis mini-
83 ster, atque Regens, iurisdictionis Regiæ munus obtinuerit, quàm autem fœliciter, iam ipse apud cœlestem Iudicem agnouit. Et ne toti simus in verbis referendis doctorum, nauseamq; faciamus. hanc eandem sententiam sectantur *Ioannes Firmanus Bertacchin. de Episcop.lib.4.par.6. num.1. Afflict. in constitut. Regni instrumentorum robur tom. 1. de fide instrumentorum num.23. & 24. Tiraquell.de pia causa priuileg.149. Guido Papa decis.576. Cappella Tholosana decis.51. & 78. atque 112. Menoch.de adipiscend.possess.remed.4.num.256. & 257.cum sequentib.Cardin.Tuscus tom.3.littera E.conclusio.257.num. 1.7. & num.9. Iacob. Sbrozius de offic. Vicarij lib.2. quæst.49.& 50.& seq.Surdus de alim.tit.8.priuileg.7. num.3.& 4. Genuens.in prax. Episcop.cap.85.de causis delegatis n.24.25.et 26.* Impressa Romæ anno 1609. *Marta de iurisdict.par.2. cap. 10. num. 12. et 34. et par.quarta, casu 88.num.13.et 14. atque tract.de successione legali tom.2.par.4.quæst.15.art.2.per tot.Ioan. Francisc. de Ponte consil.37. num.7.8.et 9.lib.2. Barbosa de off.et potest.Episcop.par.3. allegat.82. num.13. et 14. et num.31. et de iure* Ecclesiastico *lib.3. cap.27. num.22.23.et seq.Riccius par.4.decis.* Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ *decis.394.num.6.* & in additionibus *ad Tiraquell.de pia caus.priuileg. 149. et 150. Petrus Pecchius de testament. coniugum lib. 1. cap.21.sub num.4. Gratianus forens.par.3. cap.481. num.21.et sequent. Didacus Spino in speculo testamentorum, Gloss.28. num.44. Ioannes* Baptista *Thoro in summ.priuilegiorum piarum causarum, priuileg.259.*

in

in princip. Capicius decis.23.sub.num.6.vers.videtur, quod ex quo ipse Reuerendissimus posset compellere hæredem ad soluendum tempore adueniente. *Marcellus Vulpes in praxi iudiciali fori Ecclesiastici, cap.decimo, num.decimo, et vndecimo.* licet ipse deceptus fuerit ex erectione Tribunalis Fabricæ, quod infra expendemus. Sequitur tamen,
84 esse Eppiscopos piorum legatorum omnium executores intra annum. & id ipsum ante eum *Molphesius in summa tom.2.tract.13.cap.5.num.292. cum seq.adusque num.208. Aluarus Valascus Lusitanus cõsultat.* 105.*num.*56. 57.59. *et seq.* quo loco verbis vtitur satis apertis rem hanc explanans, atque dicens: *Ex quo infertur, quod in executione piorum*
,, *relictorum competens est Ecclesiasticus, siue hospitale*
,, *sit publicum, et Ecclesiasticum, siue sit priuatum, et secu-*
85 *lare, non erectum authoritate* Episcopi : I*n omnibus*
,, *enim quoad exequenda pia opera habet Episcopus inten-*
,, *tionem fundatam tam iure communi, quam Regio. quo*
,, *etiam modo potest intelligi text.in cap. de* Xenodochiis.
Sic Aluarus magnæ authoritatis Doctor inter Lusitanos scriptores. & alter Lusitanus *Gabriel Pereira de manu regia tom.*1.*cap.*16.*num.*5.*et*7.*Scipio de Rubeis in Aphorismis* Episcopalibus verbo *Legatum* 4. *quæst.*15.*Sanchez in consil.moralibus tom.*2.*lib.*5.*cap.*1.*de testament.dub.*54.*num.*1.*et seq.* Extendens hanc
86 facultatem ad legata quoque prophana. & hanc sequitur etiam *Diana moralium resol.par.*1.*tract.*2. *de immmunit.Ecclesiastica, resolut.*98.*et par.*5.*tract.*1. *resolut.*23.extendens etiam contra tertium possessorem; quia in rem agit affectam, non in personam. ex *Ciarlinio cap.*28. *num.*25. *et seq. Rota apud Card. Seraphinum decis.* 611.*num* 7. Rota apud *Cardinal.*

Cu-

Caualer.decis.641. num.1. et secundo, rationem reddens.

87 Quia Episcopus in concernentibus pietatem, intentionem fundatam habet, etiam quoad laycos. & apud sanctæ memoriæ *Greg.XV.dec.132.num.9.* rationem reddentem.

88 Quia lex confidit de Episcopis, quibus animarum cura demandata est. vt supra quoque perpendimus, & apud *Cardinal. Seraphin. decis. 611. num. 6. et 7.*

His itaque modis firmata hac sententia; aduersis vt faciamus satis opus erit.

89 Vrgent enim ipsi ex allato in initio *text. in l.hæreditas 53.§.si defuncto in fin.de petit. hæreditat.* Verùm non stimulo firmiori.

90 Primo quidem, quod dictio illa (*Vel*) *Principali, vel Pontificali*, cum inter idem significantia ponatur, declaratiuè accipitur, pro idest Principali (idest, hoc est Pontiacali) ita in *rubr. C.si ager vectigalis, vel emphyt. petatur.* est lex *in l.1. vbi Gloss.* verbo *vel C.de repud.* & *l.secundum* 15.§.1. ibi vectigalem, vel emphyteuticum argum. *ff. qui satisdare cogantur*. *Cenedus* alios referens *singular.29.num.3. Mandosius in Gloss. facultatis. §.et taxam. versic. Vel Camere fol. mihi 333.col.2.* sequitur *Barbosa de dictionibus, dict. 415.nu.5.*

91 Præsertim verò, si post genus apponatur; stabit enim tunc declaratiuè, vt perpendit *Rota par. 1. tom.1.in recent.decis.300.num.26.* Fit aut hoc magis perspicuum. quod *Gloss.* ipsa Accursij, quæ verba illa (*Principali, vel Pontificali authoritate*) interpretata fuit. idest *Principis, vel Papæ siue Episcopi.* Statim ipsa subiunxit, quasi fortassis corrigens di-

„ dictum, vel magis illud declarans: *Et sic nota: quod*
„ *ad Episcopum hoc spectat, sicut & alia, quæ ad religio-*
„ *nem spectant.* Si itaque ad Episcopum spectat, stabit vtique dictio illa (*Vel*) declaratiuè, non distinctiuè. neque hoc à vero abhorret, cum sint Episcopi Principes Ecclesiarum, vt in superioribus perpendimus.

91 Secundo, quod facile, *text.* hic Papiniani per leges nouiores Codicis, ac præsertim nouissimas nouellarum in *auth. in d. §. si quis pro redemptione de Ecclesiastic. titul.* abrogatus fuerit. cùm apertissimè Imperatores dictis nouissimis legibus ad sanctissimos, & Reuerendissimos locorum Episcopos cognitionem, executionemque eorum, quæ ad pia relicta sunt, spectare decernant, quamuis hoc ipsum prohibuisset testator.

93 Quia nemo priuata sua authoritate facere potest, ne iura in sua, quamuis pia dispositione, locum habeant. *d. cap. tua nobis* 17. & ibidem *Gloss.* verbo *interdici de testament.* sequiturque Molphes. *d. tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 205. diximus *respons.* nostra 20. *num.* 21. *et* 58. *par.* 1. *Ioann. Baptista Velanzuola consil.* 53. *num.* 28. *et* 30. *vol.* 1. *Rota apud Cardinal. Seraphin. d. dec.* 711. *num.* 6. *et* 7. Alioquin non stabunt hęc nouissimè per Imperatores disposita, quibus Episcopis hanc facultatem reliquunt, cum dispositis per Papinianum *d. l. hęreditas.* Et nihilominus neq; ex Papiniani dictis hoc ipsum, quod Aduersarij contendunt, firmum est, cum ambiguum sit per verba illa (*Principali, vel Pontificali authoritate*) de Principe, vel Pontifice disiunctiue exaudire voluerit, an verò declaratiuè. & *Gloss.* quæ illa expresserat.

Vel

94 Vel Principis, vel Papæ, siue Episcopi, dictum suũ correxit; hanc facultatem, cùm de religione agatur, ad solos Episcopos spectare asserens, atque contestans. Præsertim cum expressam Imperatorum dispositionem per leges Imperiales habeamus; hanc facultatem vnis sanctissimis Episcopis demandantes, vt nihil omninò faciendum sit, quod Aduersarii, vel ex abrogata lege, vel dubiæ saltim intelligentiæ, in medium afferunt.

95 Quod enim variè multipliciterque intelligitur, veritati difficultatem ingerit. vt ex *Boetio* refert *Bald. in l. scire leges num. 3. ff. de legibus*, sequitur *Ro-*
96 *yas de hæretic. par. 1. num. 203.* neque ad causas decidendas refert. vt post *Bart. in l. in ambiguo ff. de rebus dubijs*, sequitur *Vincent. de Franch. decis. 101. nu. 19. cum seq.* & eum *Gratian.* Rotæ Marchiæ *decis. 17. num. 19.*

97 Neque præterea huic nostræ sententiæ difficultatem faciet allatus in initio tex. Vlpiani *in l. ossa 8. ff. de religios. et sumpt. funer.* Ipse nempe Vlpianus suum ex verbis sensum manifestissime aperit. Neque enim inibi de exequenda pia defuncti voluntate agitur: sed quęrit ipse: an defuncti ossa, vel corpus in alienum sepulchrum illata, liceat sine, vel Pontificum, vel Principis facultate extrahere, vel effodere? Minimè respondet. Et si hoc fecerit sepulchri, vel loci dominus; an contra eum iniuriarum detur actio? Affirmat Magnus ille vir.

97 Nihil adæquatè propterea contra nos. argumento, *text. in l. Papinianus exuli 21. ff. de minoribus.* Potissimum, quod (vt diximus) expressam nos in contrarium, & Imperialium legum, & sacrorum Canonum, atque etiam Conciliorum, Tridentini

præsertim, dispositionem habemus.

98 Quod verò res illa extractionis illati defuncti cadaueris in sepulchrum, Pontificalem, vel Principalem desideret iussionem, hoc religionis fauore accidit, vt *Gloss.* ibidem in *princ.* adnotat. quod impium sit, terræ mandata extinctorum iam hominũ cadauera vexare, atque è sepulchris effodere; in sepulchris enim Christianorum requies defunctorũ est. vt *Ambrosius lib. de offic.* relatus *can. aurum* 67. 12.*quæst.*2.loquitur. sequiturque *Gloss. in can. cum gratia* 17. *in* 3. *ratione* 13. *quæst.* 2. sic Virgilianus Polydorus humi sepultus, Aeneam tumulum suum incautè mouentem, increpat. *Aeneid.*3.

,, *Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,*
,, *Parce pias scelerare manus.*

100 Quin nec impunitus abibit, quisquis in sepultos homines temerarius fuerit. Audi *Senecam Epigramma* 5. contestantem:

,, *Crede mihi vires aliquas natura sepulchris*
,, *Attribuit: tumulos vindicat vmbra suos.*

Ne itaque pœna afficiatur, qui extraxit, inde vel Pontificis, vel Principis exquiritur iussio. nihil igitur contra nos.

101 Nec aduersantur nobis, quæ ex Nicolai Tertij dispositione in *cap. exiit* 3. §. *ad quæ legata soluenda de verborum significat. in* 6. satis exultantes aduersæ sententiæ asseclæ attulere. Perpendant porrò summi illius Pontificis verba sanctuarij trutina, non
102 dolosa statera, ad tex. Hieronymi in *can. non afferamus* 21. 24. *q.* 1. facilique negotio, nihil nobis obstaculi facere animaduertent. Verba itaque summi illius Pontificis hæc sunt.

,, *Ad quæ legata soluenda* (fratribus videlicet mino-

ribus

ribus facta) *tam hæredes testatorum, quàm executores*
„ *se liberales exhibeant. Et etiam prælati, et sæculares,*
„ *quibus de iure, vel consuetudine prouisio ista compete-*
„ *ret (cum expedierit) se ex officio suo promptos exhi-*
„ *beant, ad pias voluntates deficientium adimplendas.*

Nihil itaque certi contra nos ex illis. Cùm quòd summus Pontifex non decernit cognitionem piarum causarum mixti esse fori, & ad laycos proinde Iudices etiam spectare: sed exhortatur omnes, quot quot illi fuerint, ad quos spectare possit, vt fratribus minoribus se liberales, & promptos exhibeãt, vt hæredes, & executores legata eis relicta soluant. Tùm consequenter quod, nec etiam in hoc (quamuis exhortando) quicquam certi determinãt, sed remittit se ad consuetudines, & quatenus vel de iure, vel consuetudine prouisio ista eis competeret. nihil ergo decernit, an competat eis hoc Ius. Tum etiam quod exhortando summus Pontifex, omnes excitat, vt promptos se fratribus exhibeant, quoad legata consequenda, etiam extraiudicialiter, hæredes, & executores impellendo, vel monendo, vt debito faciant satis.

103 Vnde nec mirum, si ipsa *Glossa* Fontani, quasi & ipsa admirans, dixerit verba illa pro aduersarijs
„ initio allata: *Nota, quod Iudex sæcularis interponit se*
„ *circa legata pia*. Quod nimirum ex iuris censura contrarium sit verius, cùm ad Episcopos hoc spectet, reputa vti res ad religionem pertinens. Inani ergo labore ex hoc text. Nicolai aduersus nos argumentum formant Aduersarij, cùm nihil certi ex eius verbis pro se afferre possint.

104 Quam ob causam eorum erit adstruere, de iure, vel consuetudine hoc ad laycos spectare Iudi-

 ces.

ces. ad *tex. in l. 2. et l. quoties 18. in fin. et l. uerius 20 ff. de probat. l. 2. C. eod.* diximus *respons. 29. num. 33. par. prima.* Et in Scyllim dabunt, Carybdim vitare amantes.

105. Nec obstaculum denique faciet Imperatoris Iustiniani determinatio in allato in initio, *§. si quis ædificationem de Ecclesiast. titul. in authent. collat. 9.* ex qua determinatione responsionem nobis haud superesse persuadent sibi Aduersarij. Verum nos illam non adeo abstrusam in venis silicis putamus, quin nauiter percutientes, ignem extrahere valeamus. In medium (sodes) verba afferamus Imperatoris.

„ *Si quis ædificationem* (inquit) *venerabilis oratorij, aut Xenodochij, aut ptochij, aut orphanotropii, aut nosochomii, aut alterius reuerendæ domus, in nouissima voluntate fieri disposuerit: Oratorium quidem intra quinque annos compleri iubemus prouidentia locorum Episcopi, & ciuilis Iudicis,* his Imperator.

Est ergo mixti fori piarum causarum cognitio. Nihil minus, vt ex textu talem inferant consequentiam, cum coniunctim Imperator iubeat extrui intra quinquennium oratorium, *prouidentia Episcopi loci, & ciuilis Iudicis.* si enim verbis standum erit, coniunctim eos procedere oportebit, vt oratorium fiat. Non ergo promiscui fori hoc negotium erit, vt præuentioni locus esse possit. Nihil igitur contra nos. prouidentiam enim imperauit hoc in facto Cæsar, non iudicium. vt nihil proinde ex iuribus detraxerit Episcopalibus; quin in *fin. §.* sequentibus subiungit: de negligentibus hæredibus, vel Xenodochis verba faciens.

In-

106 „ *Iubemus modis omnibus* (inquit) *haredes eius,*
„ *quæ ab eo definita sunt, adimplere locorum Beatissimis*
„ *Episcopis inspicientibus, si gubernatio rectè procedit:*
„ *Et si inuenerint non vtiles existentes rectores, licen-*
„ *tiam habentibus sine damno alios pro eis opportunos*
„ *efficere.* ita Cæsar.

Nihil itaque in illo peculiari casu de iuribus detraxit Episcoporum, quin addit illis, vt prænarrata verba faciunt manifestum. Nullo ergo pacto Aduersariorum procedit argumentum, neque contra nos stringit. Decidit proinde, & grauiore casu, quā sine fundamento turrim eleuauere; confundēte linguas eorum Domino. *Genes.* 11. 7.

107 Sola igitur Doctorum authoritate hæc Aduersariorum fulcitur sententia. Verùm ipsi, & in lapsum euenta neque textum, neque rationem habentes, ad *tex. in cap. cappellanus tuus* 4. §. *quia ergo de feriis, l. 2. §. sed neque, C. de veteri iure enucleando, l. cū ratio* 7. *ff. de bonis damnatorum. Nauarr. man. cap.* 27. *num.* 285. *&* 286. *& consil.* 25. *Ant. conuersus num.* 8. *ad quintum lib.* 5. *de priuilegijs*, diximus *respōs.* nostra 55. *num.* 27. *& seq. par.* 3.

Sed faciamus (quæso te) veritate tamen non præiudicata, esse piorum legatorum cognitionem mixti fori.

108 Præuentioni proinde locus dabitur. Ea nempe, quæ promiscui sunt fori, præuentioni patent. *Pereira de manu regia d. cap.* 16. *num.* 7. 8. *&* 9. Vnde ergo habes Episcopis interdictum esse aduersus laycos de pijs causis iudicium agere? Quia (insistes) hoc eis Regiis pragmaticis intercisum videtur.

109 At laycis anathematis percussione, aqua, &

igne

igne (vt ita dixerim) inhibitum; interdictumque est sacris canonibus, ne aduersus Ecclesias, Ecclesiasticasque personas quicquam decernant, quamuis eorum commodo decernant; si hoc, quasi authoritatem exercentes in illas, dixerint: quicquid verò fecerint, nullum, & irritum erit: quod iurisdictione in hoc nulla fulciantur, vt Innocentius Tertius Abbati, & Conuentui Sancti Syluestri in *cap. Ecclesia S. Mariæ 10. de constitut.* rescribens, decreuit.

110 Erit proinde hoc totum contra libertatem, immunitatemque Ecclesiasticam. Ecclesiasticis igitur censuris interdictum, ipsisque summo Romano Pontifice retentis. vt in Lateranensi Concilio sub Leone Decimo, *sess. 9. reformationes Curiæ tom. 3. Conciliorum, §. & cum à iure fol. mihi* 646. decretum fuit. atque à Sixto IV. in *extrauag. Etsi Dominici 3. de pœnitent. & remissionibus inter communes*. & à Benedicto Vndecimo, *extrauag. inter cunctas. vide priuileg. inter easdem communes*: quæ constitutiones omnes à sacrosancta, Tridentina synodo *sess. 25. cap. 20. de reformat.* innouatæ fuere; Atque à Federico Secundo Cæsare in *auth. Cassa & in auth. statuimus, C. de sacrosanctis Ecclesijs*, constitutione peculiari, omnia contra libertatem Ecclesiasticam, immunitatemque decreta, abolata fuere.

112 Quæ constitutio vti in fauorem Ecclesiasticæ libertatis per Honorium Tertium anno 1220. confirmata fuit sua peculiari constitutione incipiente *Has leges tom. 1. in Bullar.* nouo per Cherubinum *constit. 1. fol.* 43. cuius quoque meminit *Ioannes Baptista Scortia* ex Illustrissima Societate Iesu, in *selectas Summorum Pontificum Constitutiones epitom.* 7.

113 Et innouauit Bonifacius Octauus in *cap. vt inquisitionis negotium 18. de hæretic. in 6.*

114 Confirmauitque Bonifacius Nonus Neapolitanus ex Illustrissima familia de Thomacellis, anno 1391. in *Bullario tom. 1. constitut. 4. fol.* 232. refert idem *Scortia epit.* 29.

115 Idemque Pontifex Bonifacius Nonus, constitutionem Caroli Quarti Cæsaris anno 1337. qua decreta omnia, & constitutiones contra libertatem Ecclesiasticam per laycos decretas, abrogauit, nullasque dixit; confirmauit, innouauitque in *d. Bullar. fol.* 233.

Non bona itaque permistio hæc est, quæ omnia
116 sibi vsurpat; Neque bona societas, quæ sibi
117 vniuersa tribuit. Vnde Adagio locus factus est: *Leonina Societas*, in eos dictum, qui omne commodum in se, etiam vi, redire contendunt. vt apud Vlpianum *lib.* 30. ad Sabinum in *l. si non fuerint partes* 29. *§. Aristo. ff. pro socio*; Aristo ex Cassio refert. *Iniquissimum enim* (dicens) *genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum spectet.*

117 ,, Immò nullum esse admittit. *Et nos consentimus* (inquiens) *talem societatem nullam esse: vt alter lucrum sentiat, alter verò nullum lucrum, sed damnum sentiret.* perpenditque non ab re, *Author* chiliadum Adagiorum apud *Aldum fol. mihi* 465. Cum alioqui ex eiusdem Vlpiani sententia, *lib.* 31. ad eundem Sabinum in *l. verum* 64. *in princ. ff. pro socio.*

119 Societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. Ipsaque officii societas charitatem augeat. ex Tryphonis sensu *lib.* 18. disputationum

in *l. hæreditate 19. ff. de castrensi peculio*.

120 Neque dicas, quod & *Molphesius d. cap. 5. tractat. 13. num. 203.* atque *Ioannes Baptista Thoro in additionibus ad Tiraquellum de pia causa d. priuileg. 149.* & in *summa priuilegiorum piarum causarum, d. priuileg. 259. in fin.* dixerint, quod in Regno nostro est sopita per existentiam Tribunalis Reuerend. Fabricæ, vt non possint amplius Episcopi ad cognitionem procedere piarum causarum.

Hoc enim, vt secundo quoque, in statu quæstionis proposito, faciamus quæsito satis, initium apud eos habuit, quod non, vt par est, originem expendere erectionis Tribunalis Reuerend. Frbricæ sancti Petri, nedum in hoc Neapolitano Regno, verũ & in aliis Regnis, & locis. quod si nos præstiterimus, sicuti & *responsi* nostra *68. par. 3.* aliqualiter ostendimus, facili apparebit negotio, & neotericos

121 nostros decipi, & Tribunal præfatum fabricæ nõ ob eam causam, quam ipsi afferunt, erectum fuisse, neque priuatiuè quoad Ordinarios. paulò igitur altius hæc res expendenda erit.

122 Cum itaque, quam Constantinus Imperator fidei ardore incensus, octauo post susceptum baptisma die, in Vaticano agro in honorem Principis Apostolorum Ecclesiam erexerat, temporum vetustate collaberetur (vt habetur in Breuiario Romano, die 18. Nouombris in officio Dedicationis Basilicarum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & apud *Plantinam* in Sancto Syluestro) neque per prædecessores Summos Romanos Pontifices sarcta tecta sufficerent: ne illa, quæ Ecclesiarum caput est, & Princeps, in totum periret.

123 Iulius Papa Secundus nouam, eodem in loco excitare Ecclesiam, instituit. Cui operi cum pecuniarum multum impenderetur, nec ærarium pontificum sufficeret, cum portẽtosæ vastitatis templum incoasset. (vt idem *Platina* in eius vita loquitur,
„ dicens : *Templum Vaticanum nouum, veteris parte*
„ *disiecta Bramantis eximij architecti opera, portentosæ*
„ *vastitatis inchoauit)* ne templum toti Christiano orbi celebre, neglectum remaneret, in vniuersam
124 Christianam Rempublicam Commissarios destinauit, vt à pijs fidelibus eleemosynas exciperent; facta eis facultate absoluendi à casibus sedi Apostolicæ retentis, variisque in impedimentis dispensandi, relicta pro malè ablatis incertis excipiendi, legata incertis ad pia relicta, recipiendi, cum debentibus componendi, concordandique : Indulgentias publicandi tam pro viuis, quam piè, fideliterque defunctis indultas, aliaque gerendi, ac faciendi; quæ ex eius constitutione 23. incipiente *licet omnibus Christianæ fidei cultoribus* in *Bullario* nouo per Cherubinũ *fol.*437. anno Domini 1509. Pontificatus verò sui septimo edita, legentibus pa-
125 tere possunt. Hoc Summo Pontifice Romano anno MDXIII. è medio sublato.

126 Clemens Septimus in hoc tam celebre opus, & ipse totis viribus incumbens, vt sicuti Petrus Apostolorum Princeps habetur, ita eius Basilica inter aliàs principatum obtineret : Collegium instituit sexaginta virorum, ad curandam perfectionem fabricæ dictæ Basilicæ sancti Petri; facta eidem facultate Iudices deputandi ad cognitionem causarum, interesse Fabricæ concernentium, vt ex eius constitutione anno MDXXIII. Pontificatus verò sui pri-

mo *constitut.* incipiente, *Admonet nos suscepti cura regiminis, in Bullario eodem tomo primo, fol.* 562. perspicuum fit.

Quam facultatem Collegio præfato ampliorem reddidit alia sua constitutione. quæ incipit. *Dum admonet nos cura regiminis*, anno Dñi MDXXV. Pontificatus sui Secundo. *constit. 9. in Bullar. fol.* 571

127 Deinde Paulus Tertius, & ipse, ne opus tam eximium imperfectum, in totius Reipublicæ Christianæ dedecus remaneret, anno Domini MDXLII. Pontificatus verò sui Octauo, constitutione edita, quæ incipit. *Dudum ad vniuersas Vrbis Basilicas in Bullar. eodem tom. 1. fol. 660.* facultates, & à Iulio Secundo; & Leone Decimo, atque Clemente VII. eidem Fabricæ, & Collegio indultas, nedum confirmauit, quin auxit.

128 Hoc summo Romano Pontifice Tribunal Fabricæ Neapoli erectum fuit, cum antea per commissarios deputatos omnia exigerentur. Verùm quia Zelotipiæ aliquid exoriri ex hoc poterat, cum per totum Regnum, & inter laycas personas iurisdictionem exercere illius ministros oporteret, Regni clauum moderante tunc temporis Gloriosæ memoriæ Carolo Quinto Cæsare, inter dictum Paulum Tertium, & Carolum Quintum concordatum fuit, vt ita quidem erigeretur Tribunal, quatenus Commissarius Generalis in cognoscendis causis, in quibus de interesse Fabricæ agitur, Consultoribus vteretur per Sacram Cæsaream Maiestatem, eiusque in tempore Proreges eligendos, & in prima instantia, atque in secunda, & in tertia, vt videre licet ex Regio exequatur (vt vocant) quod apud Tribunal Illustrissimi Domini Cappel-

lani

lani Maioris asseruatur,& nos meminimus *respons.* nostra 68.*num.*7.*par.*3.

129 Inanis itaque ex his redditur neotericorum nostrorum assertio : inde Tribunal Fabricæ excitatum fuisse dicentium , vt auferretur Ordinariis facultas de legatis ad pia relictis cognoscendi, eaque exequendi , & apud ipsum Tribunal dumtaxat remaneret, in quo Regij Consultores deputati sunt, neque liceret amplius Episcopis quoad laycos facultate hac vti .

130 Nihil equidem minus . Non enim pro legatis ad pia relictis exequendis Tribunal Fabricæ erectum fuit (vt falso autumant ipsi) sed vt interesse ipsius Fabricæ Sancti Petri primario quidem, secundario autem, & quasi accidentariè legata pia exequenda curaret , accepta sibi portione, vel tertiæ, vel medietatis iuxta disposita in Pontificiis cōstitutionibus, atque in declarationibus per Sacrum Collegium super hoc negotio Deputatorum . vt nos dicta nostra *respons.* 68. *à num.* 48. *& seq. par.*3. & diximus pluries prima nostra parte , in qua de causis in Tribunali prædicto, & cum causarum patrocinio, atque Coadiutoris munere functi fuimus, responsiones dedimus. & refert *Quaranta in summa Bullar.* verbo *Fabrica S. Petri*, necnon *Riccius in praxi aurea par.*2.*resolut.*377.*& seq.* ipsas Fabricæ declarationes ad verbum referentes .

131 At Fabricæ , non nisi post annum à defunctorum obitu, interesse agitur . Remanebunt ergo inobseruata pia relicta intra annum, si hoc locorum Ordinarij, ad quos primariò spectat, vti animarum Curatores, & Pastores, non curauerint . Tribunal

132 verò Fabricæ priuatiuè , quoad Ordinarios exci-

tatum minimè fuisse (intrà annum præsertim) sacrum ipsum Collegium, in quo Eminentissimi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Purpurati intercedunt, declarauit. vt retulimus nos *respons.* nostra 2.*par.*1.*nu.* 20.*&* 21. & *d.respons.*68. *n.* 36. littaras ad verbum referentes *d.par.*3. quodque ex ipsa inuiolabili ob-
133 seruantia Episcoporum, de ijs intra annum cognoscendi, eaque exequendi, patet. & refert etiam *Molphesius d.cap.*5.*tit.*13.*tom.*2.*sum.num.*203.*& seq.* & dictus Regens *Rouitus d. pragm.* 1. *de legatis piis num.*2.*& seq. & Vulpes d.cap.*10. *num.*11. & patet ex ipsis sacri Collegij litteris per nos relatis *d.respons.*68.*num.*36.*par.*3.*& d.respons.*1.*par.*1. *num.*20. *&* 21.

134 Nihil ergo impedimento Episcopis Tribunal erit Fabricæ, quin intra annum ipsi de piis causis, inter laicos etiam, cognoscant, easque exequantur: quia illud priuatiuè quoad eos erectum minime fuit. Quocirca integrum ipsis ius de prædictis cognoscendi, eaque exequendi, ad iuris communis, ac sacri Tridentini Concilii dispositionem permansit. Non ergo laycis Iudicibus aduersum Ordinariorum iurisdictionem ius hoc demandatum fuit, per Tribunalis erectionem, cuius ministri, Fabricæ sancti petri interesse curant, primariò, secundario verò legatorum piorum executionem. Nullibi enim de hac eorum (& si inani) assertione in pontificiis constitutionibus, aliquid, vel minimum, non dictum sanè, sed ne tenuis susurrus auditus est.

135 Negatiua autem hæc ex earum constitutionum reuolutione, ac lectione probatur, *ad Gloss.* receptam *in l.iustum.*6.*in Gloss.*1.*in fin.C.de edendo*

Bart.

*Bart.in l.fin.C.de reb. credit.Gephal.conf.*144.*num.*1. *lib.*1.*Rota par.*1.*diuersorum , decis.*64. *num.*1.*& seq. & apud Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis.* 2. *num.*3. *& decis.*6.*num.* 9.*par.*1.*Vantius de nullitate, tit.de nullitate ex defectu mandati num.* 62.*fol.mihi* 148.*Surdus.conf.* 28.*num.* 114.*lib.* 1. *Rota apud Card.Manticam decis.*34. *num.* 9.*& apud sanctæ memor.Gregor* XV.*decis.*433.*num tertio.*

136 Omne igitur, quod de hac re in constitutionibus præfatis scriptum non reperitur, actum de eo minime præsumitur. argumento *text. in l. fin. C.de iuris, & facti ignorant.Paris. de resignat.beneficiorum,lib.* 11.*quest.* 14.*num.* 67.*Rota apud sanct. memor.*Gregor.*XV. decis.* 13.*num.* 10. diximus *respons.* nostra 67.*num.*16.*& respons.* 85.*numero* 62. *par.*3.

137 Non asserendum itaque, quod illæ ne somniarunt quidem, nil minus, quod dixerint. ad *text. in can. consuluisti* 18. §. *& quod sanctorum Patrum* 2. *quæst.*6.*cap.*2. *ne sede vacante,cap.*2. *de translat.epis. l.diffidentis* 5.*C.de repud.Nauar.conf.sexto,* N.*Frater Ordinis num.vndecimo lib. tertio de donat. Sanchez de matrimon.lib.*6.*disputat.*36.*sub num.* 2. *Cardinal. Tuscus tom.*2. *litt.D.conclus.*517. *num.*30.31.*&* 32. *Surdus decis.* 47.*num.*5.*Rota in recent.par.*2.*tom.*2. *decis.* 660 *num.* 5. Quod si asserant, probatione id firmum præstent, oportet. vti docet *Surdus decis.*194. *num.*4. Præstare autem id minime vsquam poterunt gentium, quod non sit. Taceant ergo
139 necesse erit. Ita prudentiores apparebunt.iuxta Alciati argumentum illud, siue epigraphe, in
140 emblemate 19. *Prudens magis quàm loquax.* refert enim insculptum clypeo noctuam Athena-

rum

141 rum Mineruæ sacram insigne gentilitium. vnde
142 paræmiæ locus factus est: *Noctuas Athenas.* quasi dicas, in mare fers aquas, in montem ligna, si Athenas noctuas tuleris. Inde autem Mineruę noctua sacra facta est, repulsa cornice; quòd hęc loquacitati dedita, taciturnitati illa. Verborum porrò
144 parsimonia maximè decet sapientes. Vti sapientissimus ille Rex Salomon *prouerb.* 17. 27. *&* 28. dixit.

,, *Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens*
,, *est; & prætiosi spiritus vir eruditus.*
145 ,, *Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: &*
,, *si compresserit labia sua, intelligens.* concinitque cum
,, illo *Iob* 13. 5. ad amicos suos dicentis: *Atque vtinam*
,, *tacueritis, vt putaremini esse sapientes.* & Seneca in prouerbijs dixit.

146 ,, *Imago animi est sermo: qualis vir, talis & oratio.*

147 Diuinus quoque ille Plato interrogatus: per quid cognoscerentur homines? Respondit: homines, & vasa figulina simili modo probari; hæc quidem ex sono, illos verò ex sermone facilè cognosci. vt contrà, dixit Alter: Improbos imitari ollas, & dolia, quæ quò magis vacua, & inania,) eò magis resonantia. Monuit proinde quidam; & rectè:

148 ,, *Sic linguam fręna rectæ rationis habena,*
,, *Ne te confundat si verba superflua fundat,*

Et Hesiodus lib. 2.

149 ,, *Lingua bonum eximium est homini, si pauca loquatur.*
,, *Sique modum conseruet, inest tunc magna venustas.*

,, Si

„ *Si probris laceres, laceraberis illico peiùs*

Idemque.

150 *Parcæ linguæ maximus thesaurus.*

Cuius quidem sententiam elegatius quidam alter expræxit:

„ *Optimus est hominum linguæ thesaurus, & ingens*
„ *Gratia, quæ paucis mensurat singula verbis.*

Taceamus proinde, & nos, ne garruli videamur: Atque ita ex his, iudicio non abiecto prudentiori, meliorique, quin lubentissimè expetito, respondendum censuimus lacessiti.

Carolus Maranta V.I.D. Episcopus Iuuenacen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Pytagoras magnus sapiens. Philosophi, idest sapientiæ amatoris.

Non sapientis, nomen primus retinuit.

Symbola ipse primus inuenit. num. 2.

3 Symbolum Pythagoræ. A gallo candido abstineas. expenditur.

3 Quæ Deo dicata sunt dimittenda, nec attingenda quidem.

Neque miscenda sacra prophanis.

5 Sacrilegium est, quæ Deo semel dicata sunt, ad humanos vsus iterum transferre.

Neque humanis nexibus alliganda amplius. num. 6.

7 Res inter diuinas, & humanas distinctio non modica esse debet.

Eoque ipso momento, quo res Dei cultui deputatur, sanctitatem quandam conquirit, atque sacra efficitur. num. 8.

Atque ex sola ipsa inhærentia rebus sacris, & religiosis. num. 9.

Quamuis inanimata sit res. vt sunt lingua. num. 10

11 Sacra vasa non ab alijs, quàm à sacratis, & Deo dicatis hominibus tangenda.

Alioquin à Domino flagellabuntur, num. 12.

Exemplum est Balthassar Rex Caldæorum num. 13.

13 Balthassar Rex Babilonis occisus, quia sacra vasa ludibrio habuit, eisque abusus.

14 Vestes, quibus Domino ministratur. & sacrata debent esse, & honesta.

Neque eis abutendum.

15 *Sacra Deo qui abstulerit, diripuerit, depredatus fuerit, graui pęna ut feriatur dignus.*

16 *Deus nihil noui dominij in rebus acquirit donatis.*

Sed ex quo tempore Ecclesiastica fiunt peculiari modo in Dei dominio esse incipiunt. num. 17.

Et alicuius hominis in bonis esse desinunt.

18 *Sacrilegi capite puniuntur.*

Et qui sacrilegi dicantur?

19 *Sacrilegium est speciale peccatum, ob specialem deformitatem irreuerentiæ erga res Deo sacras.*

Et religioni opponitur.

20 *Purpura regale indumentum, honoratur, quia regis indumentum est.*

21 *Sarrilegi sunt, qui etiam Ecclesiæ priuilegia auferunt, diripiuntque.*

22 *S. Maria Mater est Regis Angelorum.*

Regina, atque Angelorum Imperatrix.

Ei donata, sicuti sanctis, Deo donata censetur. num. 23.

24 *Sacrilegium est ea auferre, quæ sanctis, ac cum primis Beatissimæ Virgini donata fuere.*

Quia Deo consecrata sunt, eique iniuria infertur.

Excommunicationis proinde pœna percutitur. num. 25.

Ad emendationem usque. & hoc iuste. num. 31. & 32.

26 *Rei appellatione omnis res, omnis causa, omnia iura, continentur. & ad corporalia, atque incorporalia, refertur. num. 27.*

28 *Priuilegia Ecclesiæ usurpans excommunicationis mucrone feritur, donec nocumenta rebus sacris illata, resarciuerit.*

29 *Excommunicatio tribus bonis priuat.*

Et quid sit?

30 *Bona communia fidelium tria, à quibus priuat excommunicatio.*

31 *Peccauit in quo quis, per hoc torquetur.*

32 *Sacrilegii pęna est excommunicatio.*

Et quare? num.33.

34 *Priuilegium habet* Ecclesia *sanctæ Maria Iuuenacen. habendi quadraginta homines affidatos.*

35 *Constantia* Regis *Francorum filia, uxor Boamundi Antiocheni, cuius sepulchrum in* Ecclesia *Sancti Sabbini Ciuitatis Canusiæ visitur.*

Et *Domina Principatus Barii priuilegia indulsit* Ecclesiæ *Iuuenacen. Sanctæ Mariæ.*

35 *Rogerius Rex Siciliæ, & Italiæ* Ecclesiæ *Sanctæ Mariæ Iuuenacen priuilegium indulsit; habendi quadraginta affidatos.*

Et eodem modo Vigintiquinque indulsit etiam VV. Rex Siciliæ, & Ducatus Apuliæ. num.36.

36 *Episcopus Iuuenacen. est in possessione creandi Affidatos.*

38 *Priuilegia extare dicuntur, cum illa integra legenda exhibentur.*

Et eorum existentia per scripturam probatur. num.39.

40 *Possessio probatur per partis assertionem in libello, aduersarium esse in possessione.*

41 *Litteris patentibus Episcopi cum sigillo probatur factum, sicuti & Clericatus.*

42 *Iulius Masius Episcopus Iuuenacen retinuit Dalmatas, siue Sclauones in loco Sancti Martini mensæ Episcopalis, ut affidatos.*

43 *Registrum, bene custoditum probat.*

44 *Notario de his attestanti, quæ ad suum spectant officium fides præstatur.*

Quia

Quia iurauit officium suum fideliter exequi.
Et habet pro se bona fidei præsumptionem. nu.46.
45 *Personæ qualitas operatur, ut ei credatur.*
Vtputa si in dignitate constituta.
47 *Possessio probatur ex actibus possessiuis.*
Vt ex fructuum perceptione.
Et ex testibus dicentibus se vidisse possidere.
48 *Occupans iura, & iurisdictiones Ecclesiæ in excommunicationem incidit Sacri Concilij Tridentini sess.22 cap.11. de reformat.*
Et Bulla in Cena Domini §. 17. num.49.
Quæ sunt reseruata Summo Pontifici.
Atque etiam contra libertatem, Immunitatemque Ecclesiæ facit. num.50.
51 *Libertas in genere quid? ex Florentino.*
52 *Priuilegium priuata lex est, detrahitque à iure ordinario.*
53 *Male fit, quod non iure fit. Ex Augustino.*
54 *Libertas Ecclesiastica quid?*
Et in quo consistat? num.55.
56 *Immunitas, & libertas Ecclesiastica confunditur quãdoque, verum propriè una ad res refertur.*
57 *Doctori turpe est ignorare ius, in quo versatur.*
58 *Voluntatis defectus ad impietatem: Intellectus vero ad ignorantiam refertur.*
59 *Libertatem Ecclesiasticam, quæ lædunt, reuocauit, atque cassauit Federicus Secundus Imperator.*
Eiusque constitutio approbata fuit per Sedem Apostolicam per Honorium Tertium. num.60.
Bonifacium Octauum. num.61.
Et per Bonifacium Nonum. num.62.
Et innouata omnia per Sacrum Concilium Tridenti-

num. num. 63.

64 *Adagium. Suo Marte aliquid facere. expenditur.*

65 *Affidatum esse quid sit? expenditur. & num.* 70.

66 *Affidare quid?*

64 *Proximi sacrorum scriniorum qui?*

69 Cautio pro securitate accipitur.

70 *Securitatis plus habet, qui rei hypothecam habet, quam qui personam habet obligatam.*

71 *Fides quid?*

Populus Romanus omnium maxime Fidem coluit. num. 72.

Etiam hostibus.

Præsertim Clientibus.

73 S. *Maria Virgo fidelis.*

74 *Affidare actus est iurisdictionis, & dominij.*

75 *Secure aliquid habere quid?*

76 *Dictio (omni tempore) idest semper, importat.*

77 *Dictio (liberè) omne remouet impedimentum.*

78 *Affidati ab Ecclesia, cùm in illius suscipiantur fidem, in Ecclesiæ iurisdictionem transeunt.*

Et ab aliorum iurisdictione eximuntur, & num. 84.

Atque inter bona Ecclesiæ numerantur.

Quisquis ergo eos inuaserit sacrilegus efficitur. num. 79.

80 *Seruum Ecclesiæ, qui inuadit, sacrilegus est.*

Quia contra ea, quæ Ecclesiæ sunt, peccat. nu. 81.

82 *Affidati Ecclesiæ inter personas Ecclesiasticas numerantur.*

83 *Minores Ecclesiæ qui dicantur?*

85 *Habere verbum proprietatem, & dominium importat.*

86 *Possidendi, verbum etiam ciuilem importat possessionem.*

104 *Que-*

123 *Prȩ-*

123 *Prædecessores Episcopi non possunt præiudicium facecere successoribus in his, quæ de facultatiuis sunt, & actum habent successiuum.*

Quia à voluntate dependet vti, vel non vti.

125 *Renunciare nemò præsumitur ei, quod ignorat.*

126 *Error, & ignorantia tollit voluntarium.*

Quia errantis, vel ignorantis nullus est consensus, neque voluntas.

128 *Testes super negatiua deponentes, se non audiuisse, nec vidisse.*

Nihil probant.

Quin falsi habentur. & nu. 133.

Ratio affertur. num. 131.

Nec falsitatis suspitione carent. num. 135.

129 *Veritas vna est. nec potest in plura diuidi.*

Et nunquam latet.

Veteres nudam veritatem appingebant. nu. 130.

Et propter quam causam?

131 *Negantis factum nulla est directa probatio.*

132 *Negatiua facti simpliciter improbabilis est.*

134 *Falsitas non debet veritati præiudicium facere.*

Neque iniquitas præualere.

136 *Iudicis arbitrio reponitur quanta fides sit adhibenda testibus.*

Attenta præsertim eorum qualitate. num. 137.

138 *Testes examinati parte non citata, minime probant.*

Testibus duobus de affirmatiua magis creditur, quam mille negantibus.

Præsertim contra Ecclesiam deponentibus.

140 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*

141 *Sanctæ Mariæ iniuriam Deus graui vindicta prosequitur.*

142 Con-

142 *Constantinus Copronius Imperator, S. Mariæ Virginis infensissimus, hostis graui pœna percussus, ita vt febribus viuus arderet, misere moritur.*

In inferno sepultus.

Eius corpus exhumatum crematum fuit. nu. 143.

144 *Deus non irridetur.*

145 *Poenitentiam agere debent peccatores, vt dimittatur eis nequitia eorum.*

AR-

ARGVMENTVM.

Deo Omnipotenti, quæ dantur, eique sacrantur, sanctitatem quandam conquirunt. Vnde ea occupans sacrilegus efficitur, iustèque per excommunicationem fune ligatur tarthareo. Num Affidatos Ecclesiæ inuadens, atque carcerãs iura occupasse Ecclesiæ videatur, vt cēsuris feriri possit? ad terminos Sacri Tridentini Concilij *sess. 22. cap. 11. de reformat.* & Bullæ in Cœna Domini. Quiue dicantur Affidati? & an inter personas Ecclesiàsticas numerentur? An priuilegium per non vsum amittatur? & quid si Ecclesiæ concessum? an renunciari ei posit? & num confirmatione opus sit per successorem Principem. & num probari valeat mera negatiua?

RESPONSIO II.

1 PYthagoras Magnus ille Sophos, primus modestiæ magister, qui prior philosophi, sapientiæ scilicet amatoris, quàm Sophi, idest sapientis

 no-

nomen tribui sibi maluit; quique primum sapien-
tiæ omnis humanæ fundamentum, sui seculi ho-
2 mines reuocauit, præclaras quasdam sententias
notis expressas subobscuris, symbolorum nomine
prænotauit, inter cætera sic vnum ex illis expres-
„ si. *A gallo candido abstineas.* quod Laertius, & Suidas
„ aliter expresserunt. *Album gallum non attingendum*
4 quod Ioui sacer sit. hoc inferentes. quæ Deo dica-
ta sunt, dimittenda, nec attingenda quidem: nec sa-
cra prophanis miscenda. notauit Horatius.

„ *Miscebis sacra prophanis.*

Ipsis quoq; gentilibus abominandum. Sacrilegum
quippe est, quæ Deo dicata semel fuere, hæc ad
humanos iterum vsus transferre. regula *semel
Deo* 51. *de regul. iur. in 6.* ad humanos *Gloss.* ibidem
explicat; idest *seculares.* idest *secularium personarum,*
Gloss. in can. ligna 37. verbo *laycorum de consecrat.*
„ *dist.* 1. *can. quę semel sunt* 4. 19. *quæst.* 3. quicquid
„ enim semel fuerit consecratum, sanctum Sancto-
„ rum erit Domino. Siue homo fuerit, siue animal,
„ siue ager. Dominus *Leuit. vlt.* 28. præcepit. sequitur
Bonifacius Papa in *can. nulli liceat* 3. 12. *quęst.* 2.
Humanis itaque nexibus alliganda non erunt.
quod hoc neque humanæ patiantur leges. Impe-
rator testatur in *l. sancimus nemini* 17. *C. de sacros.
Ecclesiis.*

7 Distinctio enim non modica inter humanas, at-
que diuinas res constituenda erit. quod hæc cœlesti
prærogatiua perseruantur, non illæ. Accipe hæc ab
Imperiali rescripto in *l. sancimus res* 19. *C. de sacro-
sanct. Eccles.* Sic enim ille rationem, cur talem sta-
tuisset differentiam reddens.

„ *Cur enim* (inquiens) *non facimus discrimen inter*

„ *res*

„ *res diuinas,& humanas? & quare non competens præ-*
„ *rogatiua cęlesti fauori conseruetur?* concinit *Gloss.*
„ tàm verbo *Humanas?* addens : *Quasi dicat benè de-*
„ *bemus facere.* quàm verbo *conseruentur.* idem infe-
„ rens:*quasi dicat, benè debet conseruari* . Eo nempe
8 ipso momento, quo res Dei cultui deputantur,
sanctitatem quandam conquirunt, atque sacra,
quin non diuinum quoddam afficiuntur . vti san-
ctus Thomas Angelica sua doctrina nos instituit
2.2.*quæst.*99.*art.*1. *in respons.* nec ineruditè docuit
Paulus *lib.*27.ad ædictum in *l.quæ religiosis* 44. *ff.de*
9 *re iudicat.*Ex sola inhærentia rebus religiosis,rem
ipsam, quamuis inanimatam, religiosam æstimans.
Et Iginius Papa in *d. can. ligna* 37. *de consecratione*
10 *distinction.prima* . Ipsa ligna,quibus extructa Ec-
clesia fuit, si vetustate auferantur, comburi magis,
(neque in prophano loco)quàm ad laycorum am-
plius transferri vsus, mandauit . Sixtus quoque,&
ipse summus Romanus Pontifex *can. in sancta* 40.
11 *eadem distinct.* 1. *de consecrat.* Sacra vasa non ab
aliis, quàm à sacratis, dominoque dicatis homini-
bus contrectari iussit, rationem satis metuendam
„ reddens,si aliter fiat: *Ne pro talibus præsumptionibus*
12 *Dominus iratus plagas imponat populo suo,& hi etiam,*
„ *qui non peccauerunt, pereant: quia perit iustus sæpissi-*
me pro impio . sic Summus Puntifex Sixtus. Ita hor-
rendum est incidère in manus Dei viuentis. vt Pau
lus Apostolus ad *Hebræos* 10. 31. nos contestatur .
Adstruat suo exemplo hoc magis Balthassar ille
Rex magnæ Babilonis . *Danielis* 5.qui, quòd sacris
vasis, quæ ab Hierusalem Nabuchodonosor pater
eius transtulerat, indecenter abusus fuisset, repen-
tina morte sublatus ad orchum in æternum pœnas

daturus translatus, quin non abstractus fuit.

Precepit ergo (sacer loquitur textus) *iam temulentus, vt afferentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Hierusalem, vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxoresque eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, & argentea;& biberunt in eis Rex, & optimates eius, vxres, & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos.* Sed non diù gaudium perdurauit. *In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie patieris aulæ Regię, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies Regis commutata est, & cognitiones eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur.* Soli manus digiti scribentis in pariete ita grandis conuiuij lætitiam in mœrorem mutauere Magni Caldæorum Regis: Quid (quæso te) fuit, vt est hodie, quādo ad inferna translatus fuit? *Eadem quippe nocte interfectus est Balthassar Rex Chaldæorum.* Sacer sequitur textus.

Hoc ipsum admonuit nos Stephanus Episcopus familiari amico Hilario scribens, relatus à Gratiano *can. vestimenta Ecclesiæ* 41. *de consecrat. distinct.* 1. arrige aures, vt verba audias, docebunt sanè te.

14 *Vestimenta Ecclesiæ, in quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus aliis vsibus non debent frui, quàm Ecclesiasticis, & Deo dignis officiis, quæ nec ab aliis debent contingi, aut offerri, nisi à sacratis hominibus: ne vltio, quæ Balthassar Regem percussit, super hoc transgredientes veniat, & corruere eos faciat ad ima.* Sic Stephanus Episcopus.

15 Qui tetigerit Deo dicata vasa, non sacer homo, quiuè inreuerenter erga ea se gesserit, ita punitur acriter: quid fiet ei, qui abstulerit, diripuerit, deprædatus fuerit, quæ Deo sacra sunt, eique donata?

16 Non ita plenè exaudienda hæc sunt, vt aliquid noui dominij in rebus, quæ dantur ei, acquirat
„ Deus: Domini enim est terra, & plenitudo eius,
„ Orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. *psalm.* 23.1. & vsurpauit Innocentius Tertius in *cap. tua nobis* 26. §. *verum si ad Deum de decim.* hoc enim
17 hæreticum esset asserere: Sed quia ex quo tempore Ecclesiastica fiunt, peculiari modo in Dei dominio esse incipiunt, atque ex tunc alicuius hominis in bonis esse desinunt, vt perpendit optimè *Pater Thomas Sanchez in opere morali par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *num.* 9. *in fin.*

18 Sacrilegi ergo capite puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilauerunt, vt Paulus *lib. singular.* de iudiciis publicis in *l. sacrilegi* 9. *ff. ad legem Iuliam peculatus* decernit. compilauerunt, hoc est *diripuerunt.* vt *Gloss.* exprimit, *in l. dominus horreorum* 57. verbo *compilatis.* idest *direptis, ff. de locati, vel conducti.* Quemadmodum rem mobilem Ecclesiæ, non seruato temperamento ab Imperatore statuto, pro debito quoque accipiens, pœna feritur *in auth. præterea, C. de sacrosanct. Eccles.* Qua igitur pœna plectetur, qui furto, vel vi abstulit? capite namque punietur. vt Vlpianus *lib.* 68. ad edictum in *l. sacra* 10. *in fin. ff. de rerum diuisione*
„ edicit. *Et interdictum in sanctionibus* (inquiens)
„ *adijcitur, vt qui ibi* (locis scilicet sacris) *aliquid*
„ *commisit, capite puniatur.* est quippè speciale peccatum, quia specialis in illo deformitas inuenitur,

& sacrilegium nuncupatur, quod religioni opponitur. *Sicut enim* (Damascenus dicit lib. 4. orthodoxæ fidei cap. 3. circa med.) *Purpura regale indumentum facta, honoratur, & glorificatur, & si quis hanc perforauerit, morte damnatur, quasi contra Regem agens: ita etiam si quis rem sacram violat, ex hoc ipso contra* Dei *reuerentiam agit, & sic per irreligiositatem peccat*. verba sunt Doctoris Angelici 2. 2. *d. quæst. 99. art. 2. in respons.*

21 Sacrilegi itaque sunt, qui Ecclesiæ nostræ sanctæ Mariæ priuilegia ab antecessoribus Regibus huius regni concessa, compilant, diripiunt, atque vi, violentiaque auferre moliuntur. Illa enim sanctæ Mariæ; ac consequenter Deo indulta fuere.

22 Porro ipsa Mater est Regis Angelorum, & ipsa Regina, atque Angelorum Imperatrix.

23 Quicquid ergo ipsi offertur, sicuti etiam sanctis, Deo, qui in sanctis, ac præcipuè in ipsa Deipara, honoratur, oblatum videtur. secundum *S. Thomam* 2. 2. *quæst. 88. art. 5. ad tertium*. & nos deduximus *respons. nostra* 1. *num.* 31. 32. 33. *&* 34. *par.* 1. Sanctum ergo efficitur, quod sanctis, atque cum primis Beatissimæ Deiparæ oblatum, atque concessum fuerit, quia Deo sanctissimo datum censetur, vt dictum est, atque proinde sanctum effectum; vti ex *Leuit. vlt.* 28. & *d. regula semel Deo dicatum* 51. *de regul. iur. in* 6. in initio probauimus.

24 Sacrilega propterea iniuria omnis erit, quæ huiusmodi oblatis, facta fuerit per vsurpationem, vel compilationem, atq; direptionem: Quia Deo, cui sacra facta sunt, illata censetur iniuria, atque irreuerentia. ex *S. Thoma* 2. 2. *dicta quæst.* 99. *art.* 3. *in respons.*

25 Excommunicationis proinde pœna coercenda temeraria actio. Audi (quæso) Nicolai Papæ ad Adonem Viennensem Archiepiscopum, in *can. de rebus 22. 12. quæst. 2.* non inconcinnum, quin non adamussim datum responsum.

„ *De rebus, quæ semel Deo contributa, atque dicata sunt,*
„ *& postea sub occasione concessionis Principum à qui-*
„ *busdam inuaduntur, atque diripiuntur, sancimus, vt*
„ *prius consulatis Principem ad resecandam tam præ-*
„ *sumptiuam factionem, & cognoscendum vtrum illius*
„ *sit concessio, an inuasoris præsumptio. Quòd si Prin-*
„ *cipis inordinata fuerit largitio: & ipse princeps sit*
„ *pro emandatione redarguendus. Si autem inuasoris*
„ *declaratur præsumptio, vsque ad emendationem excom-*
„ *municationis sit vindicta coercendus.* sic Nicolaus Papa.

Formatur ex hoc tale ad rem nostram dilemma. Vel Principis concessione iura, iurisdictiones que Ecclesiæ nostræ sanctæ Mariæ à prædecessoribus Regni Regibus indulta, occupata fuere: & redarguendus erit Princeps: vel occupatoris præsumptione id factum est, & vsque ad emendationem excommunicationis vindicta coercendus erit.

26 Rei autem appellatione omnis res, omnis causa, omnia iura continentur. ita Vlpianus *lib. 14.* ad edictum in *l. rei appellatione 23. ff. de verborum significatione.* docet. *Rei appellatione* (dicens) *& causæ, & iura continentur.* explicatius hoc edicit *Gloss.* ibidem verbo *continentur*, rationem reddens:

27 „ *Verbum enim res* (inquiens) *ad corporalia, &*
„ *eorum causas, idest omnes vtilitates, & incorporalia,*
„ *(quæ sunt iura) protenditur. vt institutionibus de re-*

bus

„ *bus corporalibus, & incorporalibus*, sequiturque *Gloss.*
„ *in can. Saluator* 8. verbo *Ecclesiasticam* 1. *quaest.* 3. ra-
„ tionem & ipsa proferens: *Nam & nomen rei genera-*
le est. (inquiens) comprææhendentur proinde, & pri-
uilegia Ecclesiis concessa. Quia rerum nomine in-
cludentur, cùm iura sint.

28 Quisquis ergo Ecclesiarum priuilegia inciuili, id est impia damnatione, vt *Gloss.* exprimit vsurpauerit, excommunicationis feriatur mucrone dignus erit. Accipe Gelasii Papæ Maiorico, Sereno, & Ioãni Episcopis in *can. qui & diuinis* 24. *ead.* 12. *quæst.* 2. scriptam determinationem:

„ *Qui & diuinis, & humanis legibus inciuili dam-*
„ *natione calcatis, & reuerentia Religionis abiecta, vel*
„ *Ecclesiastica priuilegia calcare contendant, vel vbili-*
„ *bet in pauperum prosilire dispendium: nec huiusmodi,*
„ *saltem commoniti, conuictique nequitiam sopire con-*
„ *sentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta resarcire;*
„ *merito diuini muneris participatione sunt priuandi: &*
„ *huius participatione careant, quod sacrilegis ausibus*
„ *habuere despectui.*

29 Diuini muneris porticipatione priuantur, per excommunicationem scilicet, quæ tribus bonis ea petitum priuat. Excommunicatio porrò est censura Ecclesiastica, qua homo Christianus bonis fidelium communibus priuatur. iuxta *Cardin. Toleti* finitionem *instruct. sacerdot. lib. primo cap.* 4. *num.* 1.

30 Tria verò sunt communia fidelium bona, quibus excommunicatio priuat: Exterior conuersatio, sacramentorum participatio, atque orationes, & suffragia Ecclesiæ.

Pri-

Priuatur proinde sacrilegus diuini muneris participatione. est ergo excommunicatione nodatus.

31 Et quidem iustè, vt in quo quis peccauit, per hoc torqueatur. *Sapient.* 11.17. *cap. ad liberandum* 17. *in fin. de Iudæis, cap. litteras* 13. *in fin. de temporibus ordinat.* vnde conueniens pœna sacrilegii, qui sacris iniuriam infert, est excommunicatio, per quam à sacris arcetur: sunt verba *S. Thomæ* 2.2. *dicta quæst.* 99. *art.* 4. *in corpore*, & decreuit Bonifacius Papa *d. can. nulli liceat* 4. 33. *quæst.* 2. rationem reddens,

33 quare sacrilegus excommunicationis mucrone feriatur: *Propter quod* (inquiens) *inexcusabilis erit omnis, qui quæ à Domino, & Ecclesia, cui competunt aufert, vastat, & inuadit, vel eripuit, & vsque ad emendationem, Ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur, & si emendare noluerit, excommunicetur.* Ratio igitur est, qui ea ipsa, quæ Dei sunt vastat, inuadit, & eripit, vnde sacrilegus efficitur, atque iudicio subijcitur Ecclesiæ. secundum *Gloss. fin. in cap. causa carpensis* 13. *de verborum significat. extrà.* estque *tex.* satis apertus Galasii Papæ in *can. placuit* 8. 16. *q.* 3. de eo loquens, atque disponens, qui Ecclesiæ priuilegia subtrahit, vt *tanquam sacrilegus induatur, & donec se correxerit, & Ecclesia propria priuilegia restituerit anathema sit.*

Inter cætera autem priuilegia, quibus Ecclesia nostra Sanctæ Mariæ titulo ab Assumpta decoratur, vnum est illud, quod anno ab Incarnatione Verbi Dei 1113. eidem indulsit Constantia Regis Francorum filia, Magni illius Antiocheni Principis Boamundi nuncupati, Vxor, (gloriosum, cuius sepulchrum in ciuitate Canusiæ, in Ecclesia sancti

Sabini ad præsentem vsque diem visitur) & Principatus Barij Domina, in hæc verba in priuilegio manu eiusdem Constantiæ subscripto, quod in dicta nostra Ecclesia in Archiuio nostri Capituli, cũ aliis scripturis asseruatur.

„ *Concedo eidem* Ecclesiæ (Sanctæ Mariæ scilicet)
„ *habere potestatem affidandi quadraginta affidatos,*
„ *quos Ecclesia Dei securè, & sine calumnia habeat om-*
„ *ni tempore, sicut Curia nostra, nunc habet suos affi-*
„ *datos.*

35 Simile quoque priuilegium anno Incarnationis Dominicæ 1134. eidem nostræ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ indulsit Rogerius Siciliæ, & Italiæ Rex, Rogerii Primi Comitis hæres, & filius, sequentibus verbis in originali priuilegio in eodem Archiuio asseruato.

„ *Et vt pariter Ecclesia affidandi quadraginta affi-*
„ *datos potestatem habeat, quos Ecclesia omni tempore*
„ *liberè, atque quietè teneat, & possideat.*

36 Et demum VV. Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Berto venerabili Iuuenacen. Episcopo, anno Domini 1172. sui vero Regni septimo, sequentibus verbis annuit, atque indulsit.

„ *Nos autem petitionibus tuis aures nostræ Celsitudinis*
„ *inclinantes, tibi, & Ecclesiæ Iuuenacensi potestatem in-*
„ *dulsimus ad opus ipsius Ecclesiæ vigintiquinque homi-*
„ *nes affidandi iuxta vsum, & consuetudinem Ecclesia-*
„ *rum, & Baronum illarum partium, qui potestatem ha-*
„ *bent homines affidandi*. hoc priuilegium originale in dicto Archiuio conseruatur.

37 In hac possessione à tot annis cum fuerit semper prædecessores Episcopi, nos quoque, ex quo ad

ad hunc Inuenacen. Episcopatum ad sacræ Maiestatis Catholicæ præsentationem assumpti (immeritissimi quamuis) fuimus, in eadem possessione perseuerauimus, vt perseueramus dictos affidatos creandi, & habendi: sed insurrexit nouissimis hisce diebus Princeps Cellemaris, vtilis Baro dictæ Ciuitatis nostræ Iuuenacen. interuertere nostram possessionem, etiam de facto, tentans. Quam ob causam duos ex his affidatis per suum dictæ Ciuitatis Gubernatorem carceribus trudi fecit. Insurreximus proinde, & nos aduersus illum censuris Ecclesiasticis. Et in difficultatem reuocare tentat dictorum priuilegiorum vsum. Verùm, quam inani fundamento facili methodo ostendemus.

Certum enim est, neque difficultati subijcitur,
38 priuilegia exstare. Substantia itaque, siue priuilegiorum existentia minime abnuitur, cùm illa prælo pressa, legitimèque extracta legenda integra præsentauerimus, exhibuerimusque, iuxta disposita per Bonifacium Octauum in *cap. cùm persona 7. de priuileg. lib. 6. cap. ad audientiam 13.*
„ ibi inducebas prædicti Papæ priuilegium. & ibi:
„ Nos igitur magis authoritatem priuilegii, quàm
„ depositiones testium attendentes. *de præscriptionibus extra. Rota apud Cardinal. Manticam decis. 38.*
39 *num. 10. & decis. 260. num. sexto.* Quatenus docet priuilegii existentiam per scripturam probari *Minadous decis. 43. num. secundo.*

In difficultatem itaque reuocatur vsus, atque priuilegiorum exercitium, actusque secundus. Hic autem, quod firmus sit, probat pro nobis ipsemet Princeps, qui in supplici libello Excellen-

tissimo Pro Rege exhibito, hoc asserit: nos crea-
re quadraginta homines affidatos, & alios vigin-
tiquinque quos aggregatos vacare, (& si non re-
ctè) asseruit; exhibuitque vnam ex nostris litteris
patentibus nostra manu, nostroque sigillo robo-
ratis, vni ex dictis affidatis hominibus per nos da-
40 tis. Probauit ergo ipse de tempore illo motæ litis
nos fuisse, & esse in possessione, per doctrinam
*Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsijt num. 2. ff. de li-
beratione legata.* quem sequuta fuit *Rota, decis.* 802.
num. 2. 3. *& seq. par.* 1. *diuers.* quam retulit etiam
Rota apud sanctæ memoriæ *Greg. XV. decis.* 458.
num. 3. 4. *&* 5. *Beltraminus* alios quoque referens
ad decis. dicti Sanctissimi 200. *num.* 5. *et apud Cocci-
num. decis.* 14. *num.* 4. *Rota apud Cardin. Caual. decis.*
535. *num.* 2. & apud Illustrissimum *Duranum* Epi-
scopum Vercellen. *decis.* 21. *num.* 2. *p.* 1. Rota Ma-
ceraten apud *Marcum Antonium Thomati* nunc
Episcopum Bitetten. *decis.* 15. *num.* 8. *et* 9.
Deinde, quod ita etiam Illustrissimus Domi-
nus Iulius Masius noster prædecessor seruauit,
suos, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ affidatos creando,
41 & habendo. probauimusque etiam ex litte-
ris patentibus eiusdem, etiam ex registro extractis,
quæ quidem probant factum, sicuti ex literis pa-
tentibus Episcopi, probatur Clericatus, quia
ad Episcopum spectat Clericos ordinare, vnde sta-
tur ei de his, quæ ad officiũ suũ spectant, attestanti.
vt probatur aperte ex *tex. in c. si canonici* 2. ibi; In
instrumento publico, vel patentibus literis sigil-
lorum suorum, *de officio ordin. in* 6. *capit. post cessio-
nem*) *ubi Gloss.* verbo *literas de probat. extra*, & ibi-
dem *Panormitan. Rota decis.* 1. *in princip. de proba-
tionib.*

tionib. in nonis cap. vt circa 4. ibi: Instrumento publico, seu litteris, quo loco *Gloss. de elect. lib. 6. Paulus de Cittadinis de iure patronat. par. 6. ar. 3. q. 37. nu. 63. Aymon. Grauetta consil.* 122. *num.* 14. *Claudius Tutius, allegat.* 8. *num.* 21. & 22. *Paris. de resignat. beneficiorum lib.* 8. *q.* 11. *num.* 19. *cum sequent. Grammat. decis.* 81. *num.* 1. *Rota apud sanctę mem. Greg. XV. decis.* 430. *num.* 6.

42 Quin imo dictus Dominus Masius Episcopus in loco, & domo in territorio mensæ Episcopalis Sancti Martini nuncupato, in quo est parua Ecclesia eidem Sancto dicata, retinuit per plures annos plus quàm duodecim familias Dalmatarum, vulgo Sclauones nuncupatorum, cum vxoribus, & filiis, eos omnes iure suo ordinario recognoscendo in omnibus causis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, vt puta affidatos Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, vigore priuilegiorum eidem per dictos antecessores Reges indultorum, eos etiam armatos habendo. vt penè tota ciuitas, vigore monitorialium per nostram Curiam emanatorum, reuelauit, & testes repetiti fuere, vt in processu, in hac causa per nostram Curiam compilato, latè deducitur. Et Admodum Reuerendus Archipresbyter nostræ Cathedralis, qui multo tempore dicti Illustrissimi Masii Episcopi Curiæ Cancellarii, siue notarii, vel actuarii munere functus fuit, etiam sacramento testatur: se plures litteras affidatorum per dictum Dominum Episcopum subscriptas, suoque sigillo munitas, & dedisse, & scripsisse, & aliquas ex illis etiam registrasse, sicuti non nullæ in registro eius manuscriptæ apparent, quæ fideliter extractæ fuere.

43 Re-

43 Registrum autem, nulli in dubium reuocari potest, probare si benè custoditum sit, & in Archiuiis reperiatur, plenè probare. ad *text. in cap. ad audientiam* 13. ibi quia fuerat in Camera nostra repertus *de prescriptionibus*, cum ibi notatis per scribent. sequitur *Afflictus decis.* 303. *num.* 5. *Angelus in §. fin. in auth. de tabellionibus, &* Bald. *in l. Imperiales, de statu homin.* sequitur *Minadous in decis.* 43. *num.* 3. *Mohedanus decis.* 9. *num.* 2. *de causa possess. & proprietat.* quem sequitur *Rota apud sanctæ memor. Gregor. XV. decis.* 13. *num.* 10. *Afflict. decis.* 277. *num.* 5.

44 Notario verò de his attestanti, quæ suum ad officium spectant, fides præstatur. Cum iuratus sit officium suum fideliter exequi. vt Innocentius Tertius loquitur, huius rei rationem reddens, in *d. cap. ad audientiam* 13. §. *nos igitur de præscription.* & notat ibidem *Gloss.* verbo *iuratus*. & ipsa dicens,
„ consequentiam inferens: *Sic ergo præsumitur pro*
„ *aliquo ratione iuramenti. Item ratione honestatis suæ,*
45 cum sit Archipresbyter Cathedralis, curam habens animarum, & in dignitate constitutus. Idem Innocentius Tertius in *cap. cum dilectus* 9. *in fin. de fide instrumentorum*, vbi *Glos.* verbo *honestatis*, inferens: *Nota, quòd ex qualitate personæ approbatur instrumentum.* *Rota apud Coccinum Decanum decis.* 24. *num.* 7. *&* 8. rationem reddit *Rota* ex eodem *Coccino*, *decis.* 226. *num. secundo, & tertio.*

46 Quia habet pro se notarius bonæ fidei præsumptionem. ad *text. in l. precibus* 18. *C. de probat. & tex. in l.* 2. ex iudicio Imperatoris ibi: quod non arbitramur (vt velit scilicet quis malè suo defungi officio) *C. de officio ciuilis Iudicis. Oldrad. consil.* 100.

num.

num. 5. *& 6. Rota apud Crescent. decis.* 5. *de fide instrument. & apud Cardinalem Manticam, decis.* 322. *num.* 2. *&* 3. *apud sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.* 59. *num.* 5. diximus *respons.* nostra 81. *num.* 7. *&* 8. *par.* 3.

47 Probata itaque ex his possessio est, in qua reperimur. Sicuti enim ex fructuum perceptione possessio probatur, ita æqueue ex actibus possessiuis, possessio ipsa in promptu est. & sat est testes deponere vidisse tenere, & possidere, vt *Gloss.* recepta deducit in *l. stipulatio ista* 38. *§. hac quoque stipulatio, verbo stipuletur, ff. de verborum obligationibus*, quam post *Bart. Detium, & alios*, sequitur *Hondedaus*, etiam ex Detio de communi attestans *consil.* 17. *num.* 15. 16. *&* 17. *volum.* 1. & sequuta etiam fuit *Rota in Alexanen. applicationis bonorum* 30. *Martij* 1620. *coram* Eminentissimo *Card. Caualer. d. decis.* 535. *num.* 1. *& apud Coccinum Decanum decis.* 239. *num.* 1. *& decis.* 425. *num.* 1. *& par. prima tom.* 2. *in recentiorib. decis.* 307. *num.* 1. *&* 2. & apud sanctæ memoriæ *Gregor. XV. decis.* 160. *num.* 2. *Rota Maceraten. apud Marcum Antonium Thomati, decis.* 13. *num.* 11. *& seq. d. decis.* 15. *num.* 7.

48 Occupauit proinde iura, atque Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ iurisdictiones Gubernator cum vnũ ex dictis affidatis carceribus trusit, in quibus detinet, neque, quamuis pluries etiam paternè monitus, atque iudicialiter citatus, desinere voluit.

Iure ergo, nec sanè iniuria declaratus fuit incurrisse in pœnas, & censuras in sacro Tridentino Concilio *sess.* 22. *cap.* 11. *de reformat.* atque in *Bulla* in cœna Domini legi consueta, §. 17. contentas.

Et

Et sanè sacrum Concilium *dicto cap.* 11. omnes comprehendit quacumque dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant, qui *alicuius* Eccle-
„ *siæ, seu cuiusuis secularis, vel regularis beneficij, Mon-*
„ *tium pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictio-*
„ *nes, bona, census, ac iura, etiam feudalia, & emphyteu-*
„ *tica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuentiones,*
„ *quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti*
„ *debent, per se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam*
„ *per suppositas personas Clericorum, aut laycorum, seu*
„ *quacumque arte, aut quocunque quæsito colore in pro-*
„ *prios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpse-*
„ *rint, percipiantur, hi anathemati tandiu subiaceant,*
„ *quamdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, &*
„ *redditus, quos occupauerint, Ecclesiæ, eiusque ad-*
„ *ministratori, siue beneficato integrè restituerint,*
„ *ac deinde à Romano Pontifice, absolutionem obtinue-*
„ *rint.*

49 Bulla verò in Cœna Domini §.17. in eos censuras Summo Romano Pontifici retentas impingit.

„ *Qui iurisdictiones, seu fructus, redditus, et pro-*
„ *uentus ad nos, et Sedem Apostolicam, et quascumque*
„ *Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monaste-*
„ *riorum, et aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum*
„ *pertinentes vsurpant. Vel etiam, qui quauis occasio-*
„ *ne, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad*
„ *id legitimam facultatem habentium, expressa licentia*
„ *sequestrant.*

Fuit ergo sacrilega occupatio hæc à Gubernatore prædicto facta: sacrilegij se itaque damnabiliter, inciuiliter, ac impiè (vt in superioribus, ex *Gloss. in d. can. qui, et diuinis* 24.12. *quæst.* 2. verbo *inciuiliter.* animaduertimus) turpissimo facinore fœdauit.

dauit. dedit propterea prҿter pœnas, censurasque enumeratas, in alias à sacris canonibus contra sacrilegos inflictas.

50 Quin & contra libertatem, atque Ecclesiæ immunitatem fecit. Contra libertatem quidem, quia facultatem, ac libertatem faciendi, quicquid iure nobis, Ecclesiæque nostræ sanctæ Mariæ per antecessores Regni Reges vi priuilegiorum prædictorum, quò ad affidatos prædictos faciendi, exequendique permissum fuit, & retinuit, & impediuit, prout retinet, & impedit.

51 Libertas nempè, vt ex Florentino Iure Consulto in *l. libertas 4. ff. de statu hominum*. & ex Imperatore, §. *libertas institut. de iure personarum*, finitio in communi traditur: Est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure prohibeatur. Hæc autem facultas, quoad affidatos, quāuis layci illi sint, iure nobis non retinetur, neque prohibetur, quia ex priuilegiis nobis, & Ecclesiæ nostræ sanctæ Mariæ indultis, retinemus, habemus, & exercemus.

52 Priuilegium autem priuata lex est, detrahitque à iure ordinario. *can. priuilegia* 3. vbi *Gloss. dist.* 3. *Detius in l. omnibus causis 68. n. 4. ff. de regul. iur.* ergo
53 vi. male ergo, quia non iure fit. argumento eorum, quҿ tradit *Augustinus* ad Macedonianū relatus *can. quid dicam* 11. *in fin.* 14. *quҿst.* 4. regula, *quҿ contra ius* 64. *de regul. iur. in 6.*

54 Et in particulari libertas Ecclesiastica erit, Ecclesiæ, Ecclesiasticarumque personarum facultas
» faciendi, quodcumque ipsis facere libet: vt *Ecclesiæ,*
» *ipsæ, Ecclesiasticaue personæ in plenitudine iuris*

 sui,

» *sui*, *& libertatis integritate lætentur.* vt sunt verba
Alexandri Quarti in *cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.*
& tradit *Farin. in cap. nouerit 49. num. 4. versic. item*
de materia de sentent. excommunic. Duardus in bul-
lam in cœna lib. 2. can. 15. quæst. 15. num. 4. Cardinal.
Tuscus tom. 5. littera L. conclus. 342. num. 11. & 12. si-
ue etiam, vt Marius Alterius *de censur. tom. 1. disput.*
55 *16. lib. 5. cap 3. col. 8. circa med. versic. quæ libertas*
» *fol. mihi 691.* loquitur *libertas Ecclesiastica præcipuè*
» *consistit in excellentia potestatis tùm ad ordinem, tùm*
» *ad iurisdictionem spectantis; & exemptiones, quibus*
» *Ecclesia secundum præstantiorem, & excellentiorem*
» *sui partem, nempè ratione personarum Ecclesiastica-*
» *rum, & bonorum ad ipsam spectantium, libera est, &*
» *exempta à subiectione, vel coactione temporalis potesta-*
» *tis, vel ex iure diuino, vel humano pontificio siue im-*
» *periali.* ita Alterius.

56 Contrà immunitatem verò; (& si quidem con-
fundantur hæc duo nomina immunitas, & liber-
tas, vt pro eodem accipiantur, siue ad res, siue ad
personas referantur Ecclesiasticas ad *tex. in cap ad*
audientiam 7. de immunitat. Eccles. quo loco Inno-
centius Tertius in Concilio Generali Lateran. li-
bertatem personarum, Ecclesiasticam immunita-
tem nuncupauit. vt aduertit *Couarruu. lib. 3. varia-*
rum resolut. cap. 20. num. 1.) Quia nimirum. siue ad
personas, & res referatur, siue ad loca ipsa, idest
Ecclesias; vtramque hic violauit; quia contra ec-
clesiam Sanctæ Mariæ, & eius bona, ac iura & iu-
risdictiones, & egit, & agit, quibus Ecclesia vtitur, &
possidet. secundum *Caietan. in summ.* verbo *immu-*
nitas, §. sexto quod confundendo. Graffiis de casibus
re-

reservatis lib.2.cap.42. num. 4. & 5. Farinac. in append.ad Bullam *Greg.XIV. de immunit.*Eccles*.cap.1. num.3.4. & 5.*

57 Eoque magis temerariè hæc operatus est,& operatur, quod cùm sit Doctor debebat scire ius, in quo versatur,vt Seruio,maximo quondam oratori,
" Quintus Mutius obiecit: *Turpe esse*(dicens)*patritio*
" *& nobili,& causas oranti, ius, in quo versaretur igno-*
" *rare.* vt Pomponius in *l.2.* §.*Seruius cum in causis,ff. de origine iuris* refert;& dixit quidam *Turpe est Doctori dum culpa redarguit ipsum*. Vnde vel voluntatis,vel intellectus defectus fuit:ille ad impietatem, hic ad ignorantiam propendet.ad *tex.* Nicolai Papæ in *can.si decreta 2.dist.* 20. Satis enim apertè Federicus Secundus Imperator.in *auth.* Cassa C.*de sa-*
59 *crosanct. Eccles.* loquitur: Cassa,& irrita decernens quæcunque contra libertatem Ecclesiæ, eiusque personas fiunt. & omnia attentata nulla esse decernit. Quæ Imperatoris constitutio cum omnibus capitibus in illa contentis, vt puta fauore Ec-
60 clesiæ facta,fuit per sanctam sedem Apostolicam confirmata per Honorium Tertium anno Domini 1220. constitutione prima in nouo B*ullar.* per
61 Cherubinum *tom.* 1. *fol.*43. & per Bonifacium Octauum in *cap. vt inquisitionis negotium* 18. *de hæretic.in* 6.necnon per Bonifacium Nonum sua constitutione super hoc edita anno Domini 1391. in
63 eodem B*ullar.tom.*1. *constitut.*4.*fol.*232. & omnia postmodum innouauit sacrum Tridentin.Conciliū *sess.*25.*cap.*20. *de reform.* Non itaque debuit iura Ecclesiæ violare.

At dicet: personas laycas carceribus detrusisse. in nullo ecclesiam, Ecclesiasticamque libertatem,

 vel

vel immunitatem violasse, nihilque quod ecclesiæ est vsurpasse, vel occupasse.

64 Verùm suopte ingenio, *suoque Marte* (vt adagio fertur, dixitque Imperator in *l.1. C. ne liceat potentioribus. & Aldus in adagijs fol. mihi* 450. *nostro Marte*) nullis iuris præsidijs suffultus hoc asserit. Expendat propterea, & patienter paulisper agat, quid
65 sit affidatum esse, ecclesiamque Sanctæ Mariæ, & nos affidatos homines, quamuis laycos, habere posse, & constituere, ac possidere.

66 Affidare quippe est, in fidem, ac cautionem suam aliquem suscipere. vt ex *l. in sacris scrineis* 12. *C. de proximis sacrorum scriniorum lib.* 12. apertum sit legentibus. ibi enim Imperator de militantibus
67 agens in sacris scrineis (idest principi, vt *Gloss. in rubrica* eiusdem tituli exponit) loquens: sic dicit.
,, *Fidei pro tempore adiutoris viri spectabilis proximi*,
,, *vel vnius ex statutis committantur*, & paulò post:
,, *Serui nihilominus, & coloni ad eum pertinentes, fidei*
,, *eius tradantur*. fidei, idest cautioni, *Gloss.* ibidem exprimit. sequiturque damnati nominis author in *Lexicon nouum iuridicum*, verbo *fidei*. Cautio au-
68 tem pro securitate accipitur, vt per Pomponium in *l. plus cautionis* 16. *ff. de regul. iur.* dicentem: *Plus*
,, *cautionis in rem est, quàm in personam*. Quia plus se-
69 curitatis est ei, qui hypothecaria securus est: quia etiam contra tertium possessorem agere potest, quàm qui in personam tantum. vt *Gloss. ibid.* & ex Brixonio in *Lexico nouo*, verbo *cautio*, quæ Græcis securitas sonat. dictus *author damnati nominis eodem loco, & verbo* obseruat.

70 Affidantur itaque homines per ecclesiam sanctę Mariæ, & Episcopum, cùm in eius fidem suscipiun-
tur.

71 tur. Fides autem est dictorum conuentorumque constantia, & veritas, vt *Tuillius ad emblema 9. Alciati num. 2.* definit. Securos enim facit, quos in suam sancta Maria suscipit fidem; constanter, & verè. Nam, si vt Sextus Cœlius apud *Aulum Gellium noctium atticarum lib. 20. cap. 1. fol. mihi 539.*

72 loquitur *Populus Romanus, omnium maximè, atque*
„ *præcipuè fidem coluit, sanctamque habuit, tàm priua-*
„ *tim, quam publicè. Sic Consules clarissimos viros hosti-*
„ *bus confirmandæ fidei publicę causa dedit: sic clientem*
„ *in fidem acceptum chariorem haberi, quam propinquos,*
„ *tuendumque esse contra cognatos censuit. neque peius*
„ *vllum facinus æstimatum est, quàm si quis probaretur*
„ *clientem derisui habuisse.* Quid (quæso te) non tuebitur quos in suam suscepit fidem sancta Maria virgo fidelis. vt Ecclesia canit? Aut mala fida, censebitur, vt vicem non reddat fidelibus suis, ipsa domina, cui se fidère? ad *tex. in can. de forma fidelitatis 18. in fin. 22. q. 5.* Absit. Et Ecclesia ipsa, quos in suã recipit fidem, & protectionem, non iniuria, quin sanctè, iurèque tuetur. *can. irreligiosum 5. dist. 87.*

73 Potissimum verò, quod dominium in eos affidan-
74 do sortiatur. Porrò Affidare actus est iurisdictionis, atque dominij. vt sequitur *Minadeus decis. 32. num. 3.* & ibidem in additionibus, *Flamin. Menachus nu. 18. Vincent. Anna allegat. 108. num. 1. par. 2.* diximus *respons.* nostra *31. num. 29. & 30. par. 2.* Et hoc ipsum priuilegiamet statuunt. Nam Constantia Regina, vt supra etiam retulimus, dixit: *quos* (affidatos scili-
„ cet) *Ecclesia Dei securè, & sine calumnia habeat omni*
„ *tempore, sicut Curia nostra nunc habet suos affidatos.* &
„ Rogerius Rex: *Quos Ecclesia omni tempore liberè, &*
„ *quietè teneat, atque possideat.*

75 Se-

75 Securè igitur, & fine calumnia, ac omni tempore eos habere Ecclesiam, atque liberè & quietè tenere, & possidere mandauere. vt nullo tempore in difficultatem verti posset, quin eos ita securè, atque liberè, & quietè tenere, & possidere valeret.

76 Denotat enim perpetuitatem dictio illa, *omni tempore*, & æquiualet dictioni *semper*, vt post *Gloss. in l.* 1. verbo *semper*, *ff. solut. matrim*, sequitur alios referens *Barbos. de dictionibus dict.* 361. *num.* 2.

77 Illaque dictio (*liberè*) omne remouet impedimentum. iuxta *tex. in clem. fin. vbi Gloss.* verbo *liberè de ætate, & qualitat. ordinand. & in Clement. dudum* 2. §. *si verò*. verbo *liberè de sepultur. cap. cum Episcopus* 7. *de offic. ordin. in* 6. vt idem sit, atque sine impedimento, contradictione, obstaculo, onere, grauamine, aut dimnutione. idē *Barbos. dict.* 190. *nu.* 3. atque in idem coincidit, ac securè, & sine calumnia, vt nulla requiratur alterius licentia, vel facultas, nullius arbitrium, & authoritas, sed possit ex se, suoque iure vt Domina. *Abb. in cap. de multa col.* 1. *de præbend.* Tiraquell. *in l. si vnquam verbo reuertatur num.* 134. *&* 135. C. *de reuocand. donat. Surd. decis.* 265. *num.* 3. *Gratian. disceptat. forens. par.* 5. *cap.* 854. *num.* 26. *&* 27. *& cap.* 919. *num.* 12. 13. *&* 20. *& cap.* 921. *nu.* 20. *& seq.*

78 Si affidat Ecclesia, ex potestate sibi tradita, homines & in suam suscipit fidem, atque securitatem, in Ecclesiam vtique transeunt, eiusque iurisdictionem. Fiunt ergo de Ecclesiæ iurisdictione: Eximuntur ergo à laycorum iurisdictione, atque vti inter bona Ecclesiæ enumerantur, in Ecclesiam asciti, eique addicti, deque eius effecti foro, & iurisdictione, Deoque, ac sanctæ Mariæ, eius

Matri

Matri dicati (vt in superioribus diximus) atque quasi serui Ecclesiæ effecti.

79 Quisquis ergo hos interuertere conabitur, siue inuaserit, abstulerit, abripuerit, sacrilegus erit, ac dignus propterea, vt excommunicationis ictu feriatur, non sanandus, ni restitutione, & compensatione facta. vt Bonifacius Papa d. *can. nulli liceat 3. 12. quæst. 3.* disponit. Quo loco *Gloss* verbo *inuadit.* satis aptè ad rem nostram consequen-
80 tiam infert. *Ergo qui seruum Ecclesiæ inuadit, sacrilegus est.* Et quidem iustè. nam cum deputati sint ad seruitium Ecclesiæ, & ad eam iure proprio, vt res Ecclesiæ, pertineãt, sancta facta esse videntur, atque propterea sacrilegus, qui ea violat, efficitur,
81 quia contra ea, quæ Ecclesiæ sunt peccat *S. Thomas 2. 2. d. quæst. 99. art. 1.*

82 Præterquàm quòd, nec temerè asseuerauerimus eos inter personas numerari Ecclesiasticas. subueniat tibi quid ex Concilio Parisiensi *tex. in cap. nullius 2. de foro compet.* habeat, atque disponat:
„ *Nullus Iudicum secularium* (dicens) *neque presbyte-*
„ *rum, neque diaconum, aut clericum vllum. autem mi-*
„ *noris Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distingue-*
„ *re, aut condemnare præsumat.*

Vltimi ordinatorum in Ecclesia sunt clerici, sub clericis sunt minores Ecclesiæ, qui & inter personas ecclesiasticas agnoscuntur: eadem quippe prohibitione, qua sacerdotes, (Presbyteri scilicet) atque clerici, ne à Iudicibus sæcularibus iudicentur, interdicuntur. Inter ecclesiasticas igitur personas enumerantur. Facit hanc perpensionem magis perspicuam *Gloss.* ibidem verbo *minores.* perquirens
„ namque ipsa. *Quos appellat hic minores? Potest dici*

(in-

83 (inquit) *quod scholares, siue seruientes Ecclesiæ, deputatos ad eius obsequium, quia illi eodem priuilegio censentur. 12. quæst. 2. Ecclesiarum seruos.* Nihil dilucidius desiderari potest. At hi Affidati seruitio sunt deputati Ecclesiæ, & in fidem, & securitatem Ecclesiæ asciti, eiusque dominio, & iurisdictioni addicti: sunt ergo personæ ecclesiasticæ. ex hoc ipso enim quod Ecclesiæ, vel Episcopis, clericisque seruiunt, à Iudicum sæcularium iurisdictione exempti sunt, nec grauari possunt. vt in Concilio Toletano tertio definitum fuit, refertque Gratianus *d. can. Ecclesiarum seruos 66. 12. quæst. 2.* & deduximus nos pluribus in nostro *Apologetico* pro Ecclesia nostra, pro qua certamus, semperque in pugna positi sumus à *nu. 298. cum seq. par. 3.* nostrarum responsionum.

Nec dicant præterea ipsi, vt priuilegiorum vsũ interuertant, alios antecessores Episcopus priuilegijs hisce vsos minimè fuisse. non debere, neque etiam nos eis vti.

Primo, Quia priuilegia non solum facultatem
85 continent Affidatos habendi: quoad proprietatem scilicet, & dominium, secundum Vlpianum in *l. stipulatio ista 38. §. habere dupliciter accipitur, ff. de verbor. obligat.* & Paulus tradit in *l. habere 188. ff. de verborum significat. l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumpt. funerum. Rota in Casalen. domus 10. Ianuarij 1612. coram Vbaldo, decis. 369. num. 1. par. prima tom. 1. in recent.* & possidendi, quoad ciuilem etiam possessionem. vt adnotauit Barbosa *de distinctionibus dict. 130. num. 1. & 2.*

Sed etiam multa alia concessere, vtpura decimas ex omnibus rebus, ac pręsertim doganæ, & flo-

florenos tres pro Cereo paschali in annos singu-
los: vt sicuti in his omnibus in possessione est exi-
87 gendi, vt exigit, ita & affidatos habendi, tenendi,
& possidendi. Quia sub vniuersitate, & genere ti-
tuli comprehenduntur omnia. secundum *Bald. in*
l.1.num.24.vers.tu dic, C.de emancipat.liberor. Felin.
in cap.auditis, num.19. vers.& dicit, Bald.de præsum-
ptionibus. Rota decis.2.num.3. eodem tit. in nouis. Ay-
mon Crauetta consil.55. num.1. vers.sed responde, &
sequuta fuit *Rota* apud sanct. memor. *Gregor. XV.*
decis.557.num.2. vbi *Beltraminus* addens *num.9.* ad
,, rem nostram in terminis sequentibus infert. *Simi-*
,, *liter priuilegium continens plura capita conseruatur in*
,, *totum, si fuerit in exercitium deductum quoad qua-*
,, *dam, licet non quoad omnia.* dixerat, atque sequuta
antea fuerat. *Rota apud Card.Seraph.decis.1043. nu.*
4. & sequitur *Postius tractat. de mandato de manu-*
tenendo obseruat.73.nu.150. & Rota apud Duranum
Episcopum Vrgellen.*decis.274.num.1.par.2.& Rota*
par.2.diuersorum coram Cantuccio *decis.17.num.2.*
& seq. dicens attendi originem, & radicem vnde
procedit quasi possessio *num.10.* vt multo magis
id asseri, omni semoto scrupulo debeat, cùm no-
ster prædecessor immediatus Episcopus Masius
89 tali vsus facultate fuerit, & nos. Vt manuteneri
propterea debeamus in possessione, in qua reperi-
mur. §.*retinendæ institutionibus de interdictis.Rota in*
Montis Regalis Iurisdictionis 6. Aprilis 1601.coram
Coccino Decano dec.261.nu.1.in fin. & decis.478.nu.
1.& decis.417.nu.3.& decis.425.nu.2.Vincent.Anna
alleg.135.num.1.par.2. Rota apud Duranum Episco-
pum Vrgellen, *d.dec.274.nu.1.par.2.* & apud sanct.
memor.*Gregor.XV.decis.582. nu.1.*

90 Deinde. quia Illustrissimus Ioannes Antolinez de Britanos de la Ribera Episcopus Iuuenacen. qui ad Sacrum Tridentinum Concilium vnus ex patribus accessit, creatus à Paulo Tertio fœlicis memoriæ, antecessor noster, anno Domini 1553. in sancta Visitatione Archiuum visitans in registrum reduxit omnia ecclesiæ priuilegia, atque hæc ipsa præsertim, in quibus de Affidatis habendis, & tenendis agitur, quæ sanè si in desuetudinem abiissent, superuacaneum fuisset illa in registrum referre. ab illo autem tempore effluxere anni, pene centum, quod hominum memoriam excedit, neque fuit vnquam, qui hoc in dubium reuocaret, nullo obsistente, vt nunc nobis Princeps Cellæmaris, qui
91 Illustrissimis Viris Illustrissimæ familiæ de Gonzaga, Principibus Melphitti, huius Ciuitatis Dominis successit, cum illi Principes, neque nobis, neque Illustrissimo Masio nostro prædecessori, quamuis Dalmatas retinuerit, vti affidatos, vnquam hoc in dubium reuocauere.
92 Suffragatur igitur nobis, & prædecessorum nostrorum possessio. secundum *Felinum in cap. constitutus num.* 19. *de rescript. Innocent. & alij in cap. cum super, vbi Abb. num.* 181. *de causa possessionis, & proprietat.* Rota *decis.* 1. *de restitut. spoliat. in nouis. Guido Papa decis.* 629. *num.* 2. *& sequent.* rationem referens
„ *num.* 4. quia *prædecessor, & successor in beneficiis, &*
„ *dignitatibus vna persona reputantur, cùm dignitas, &*
„ *officium nunquam moriatur.* Sic Guido Papa, & sequuta fuit *Rota in dicta Montis Regalis iurisdictionis coram Coccino d. decis.* 26. *num.* 3. *& apud Duranum d. decis.* 21. *num.* 2. vbi dicit, dictam Guidonis Papæ decisionem communiter receptam, & sæpius in

Rota

Rota canonizatam. & apud *Coccinum decis.* 380. *num.* 1. *& decis.* 442. *num.* 2. *& apud Card. Caualer. de-*
93 *cis.* 655. *num.* 9. potissimum cum possessio sit acquisita nedum dignitati, sed ipsi ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ nunquam moritur. vt ibidem perpensum fuit, & dixit, atque perpendit *Rota apud Cardinalem Seraphinum, decis.* 60. *num.* 1. *&* 2. *& in Theatina iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere* 20. *Decembris* 1613. *coram Caccino Decano decis.* 501. *num.* 2. *par.* 2. *tom.* 1. *in recent. & apud eundem Card. Caualerium decis.* 379. *nu.* 6.

94 Ac præsertim cum hæc possessio sit Titulata per titulum priuilegiatum à predecessoribus Regni Regibus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Episcopis ind ultorum, vt multò validius possessio hæc insurgat. ad *tex.* Innocentii Tertii in *cap. licet causam* 9. *§. ex præmissis igitur*: ibi sine iusto titulo. *deprobat. & ibidem Felin. num.* 9. *versic. quarta causa. Verallus decis.* 336. *par.* 2. *Rota in recentioribus par.* 1. *tom.* 2. *decis.* 480. *num.* 3. *in fin. & apud sanct. memor. Gregor. XV. decis.* 412. *num.* 2. Quia qui habet titulum dicitur habe-
95 re potiora, & meliora iura *l.* 1. *C. de edicto diui Adriani Tollendo. Menoch. de retinenda possessione remed.* 3. *num.* 733. *&* 734. *Rota apud Card. Caualer. decis.* 242. *nu.* 3. *& d. decis.* 379. *nu.* 5.

96 Accedit his quoque, quod priuilegia huiusmodi non simpliciter concessa fuere, sed ob causam, & neque cuiuis hominum, sed Deo, & Sanctæ Mariæ, atque Episcopis, ac consequeuter dignitati, non personæ. Constantia quidem Regina. *Concedo* (inquiens) *pro anima prædicti viri mei, & mea, parentumque meorum Sanctæ Mariæ ecclesiæ Iuuenacen. quæ est Episcopatus.*

Et paulò post in concessione affidandi quadraginta homines.

„ *Insuper pro amore Dei, & salute præfati viri mei*
„ *animæ & nostræ, & vt Deus filios meos honorificet, &*
„ *exaltet concedo eidem* Ecclesiæ *Dei, &c.* Rogerius verò Rex.

„ *Pro salute animæ Patris nostri Gloriosæ memo-*
„ *riæ Rogerij Comitis, Matrisque nostræ* Adelaidæ *Regi-*
„ *næ, & nostræ, nostrorumque denique parentum, dona-*
„ *mus, & concedimus Tibi, tuisque successoribus &* Epi-
„ *scopatui sanctæ Mariæ.*

In contractum proinde transiuere priuilegia præfata, ac titulo legati, vt irreuocabilia perseuerarint, & perseuerent, vt ex *Felino in cap. nouit de iudic.* sequitur late *Thomas Sanchez de matrimon. lib. 8. disput. 33. à num. 1. cum seq. & num.* 8. quem sequutus fuit *Suarez de legibus lib. 8. cap. 38. num. 3. Tiraqu ll. in l. si vnquam* verbo *donatione largitus, nu. 13. & 14. C. de reuocand. donat. Horatius Mandosius de priuilegiis ad instar* Gloss. 15. *num. 17. &* 19. *Marta de iurisdict. par. 4. centur. 1. casu 52. num. 15. & seq. Pereira de manu regia, par. 1. cap. 7. num. 32. vers. quod magis sine dubio procedit, Surdus cons. 419. num. 56. & 57. & sequent. lib. 3. Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen, *decis. 291. num. 38. par. 2.* præsertim
97 verò cum piæ causæ fauore, vt puta pro anima indulta fuerint. *Felin. in cap. nonnulli, num. 19. de rescriptis*, sequitur *Gregorius de Cabbedo Lusitan. decis. 94. num. 1. par. secunda. Marta d. casu 52. num. 15. Pereira de manu regia par. 1. cap. 5. num. 8. in fin.*

Neque nunc in quæstionem vertitur, quod reuocata priuilegia fuerint: cum neque (vt diximus)

in

in contractum translata, atque ob causam, illamq; piam (vtputa pro salute animæ) concessa, reuocari
98 potuerint: neque possit Princeps successor prædecessorum principum priuilegia reuocare, sed ea seruare tenetur, ad *tex. in cap. priuilegia omnia de pace constantiæ. post vsus feudorum. Bald. in tit. qui feudum dare possunt, num. 35. & indigna vox in fin. C. de legib.* vbi etiam *Castrens. Cacheranus Osaschi Dominus Senatus Pedemontan. decis. 139. num. 11. 12. & 13.* quem sequitur *Surdus d. consil. 419. num. 26. & 27. Ambrosinus de immunit. Eccles. cap. 18. num. 11. & seq.*
99 potissime verò trsnslato iam dominio, & possessione in priuilegiatum. vt distinguit *Afflict. decis. 392. num. 17. & seq.* quem sequitur idem *Cacheran. d. decis. 139. num. 12. & 13.* rationem refert *Surd. d. cons. 419. num. 59. ex Aretino in cap. nouit. de iudic.*
100 quia licet priuilegium sit actus iuris ciuilis, dominium tamen, ex eo quæsitum, est iuris gentium. *Molina de Hispaniæ primogen. lib. 4. cap. 3. num. 21. & 22.* eumque non subiectum principis iurisdictioni concedentis: vt est Ecclesia. *Ambrosinus dicto cap. 18. nu. 13.* aliós etiam referens. sequiturque *Diana moralium resolut. par. 5. tract. 1. resolut. 19. in fin. vers. sed ad hæc.*

In irritum ex hoc propterea iuit, quod ad diruenda priuilegia Sanctæ Mariæ, ipsi asserunt, non fuisse priuilegia hæc à sacra Regia Maiestate Catholica confirmata.

102 Cum fuerint enim illa à prædecessoribus Regni Regibus indulta, noua vtique confirmatione non indigebant, vt non indigent. *Nam non reperitur iure cautum, quod priuilegium ad sui validitatem requirat confirmationem successoris.* non ergo illam requi-

quirere debebimus, vt in hisce terminis loquitur, satisque ad rem *Surdus d.cons.419.num.25.vers.non etiam mouet.& nu.26.& seq.* probaueruntque, quin non magis firmiter statuere Arcadius, & Honorius Cæsares in *Cod.Theodos.lib.16. tit.2.l.29.* canonizata in decretis *can. quæcumque 20.25. quæst.2.* Vt addi potius reuerentiæ Ecclesiis debeat, quàm quæ olim præstitæ sunt immutari. vt ipsi rationem reddens edixere.

103 Præterquam quod, quam confirmationem desiderare amplius priuilegia præfatæ nostræ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ poterant, si illam iam in effectu habebant, vt habent per effectiuam eorum omniũ possessionem?

104 Ridiculum sanè id esset, si extra quæreremus, quod intus habemus; vt sufficiat nobis, hoc ipsum Principi Cellæmaris respondere, quod Magnus ille Vlpianus *lib.17.* ad edictum in *l.loci corpus 4.§.competit in fin.ff.si seruitus vindicetur* respondit:

105 *Quantum enim ad eum pertinet libertas ædes habeo.* An non libere iurisdictionem hanc nos habemus, & nostra Ecclesia Sanctæ Mariæ, quando ipsemet Princeps, qui Doganam emit, decimas nobis soluit, & Paschale cæreum in priuilegiorum ob-

106 seruantiam? Proderit igitur nobis, *quod bona fide, iustoque titulo possidemus.* vt idem Vlpianus *lib. 28.* ad edictum in *l.si pignore surrepto 22. §.si prædo in fin.ff.de pignoratit. actione*, interrogatus respondit alias. Quid adhuc egemus testibus? vt sacerdotum

107 Princeps aduersus Christum Dominum nostrũ, Agnum, qui coram tondente se obmutuit. *Matth. 26.65.* in conciliabulo dixit, contestans eos: quid vobis videtur? Nonne ex proprio facto se ipsum lædit,

108 lædit, reumque facit Princeps? Facta verò verbis potentiora sunt. ad *text. in cap. tua nobis* 14. *alias fin. vbi Gloss.* verbo *subarrauit de desponsat. impuber.* iuxta illud Gregorii Magni *par.* 2. *pastoral. cap.* 4. relati *can. sit rector.* 1. §. *ex diuerso* 43. *dist.* dicentis.
„ *Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud,*
„ *quàm tacendo terga præbuisse?*

109 Quia factis comprobat, quod verbis tacuit, se pastorem non esse, cum vidit lupum venientem, & latrare non valens, fugit. est *tex. in cap. dilecti filij* 52. vbi *Gloss.* verbo *facto de appellat. & text. in cap. cum inter* 13. §. *fin. in fin. de sentent. et re iudicat. l.* 1. *et tot. tit. C. plus valere, quod agitur, quàm quod simulato concipitur. Rota apud sanct. memor. Gregorium Decimumquintum decis.* 247. *num.* 18. diximus *respons.* nostra 53. *num.* 10. 11. *et* 12. *par.* 3. *Barbosa axiomat.* 93. *num.* 9. *et* 10.

110 At potentiori medio, (facto videlicet) ipse, & si nolens, nostra adstruit iura, nostræque Ecclesiæ. multo ergo magis firmiori. ad *tex. in auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. cap. quemadmodum* 25. §. *nam si post contractum de iureiuran. cap. cum in cunctis* 7. *in princ. de electione, argumento tex. in cap. ex parte tua* 27. *in fin. de decimis.*

111 Inaniter igitur veteres supponunt pannos, & antiquos, qui computruerunt, sicuti Abdemelech Aethyops, vt ex cœnoso lacu Hieremiam prophetam extraheret. *Hierem.* 38. 11. vt ipsi propo-
112 sitionem exaraherēt: non esse in vsu priuilegia: in desuetudinem ex non vsu abiisse, ad *tex. in cap. cum accessissent* 7. *cum sua materia, & scribentes ibidem. de constitutionib.* potissimum verò *Fic. num.* 25. *l.* 1. *ibidemq. scribentes, ff. de nundinis.* ad vitam, vsum-

que

113 que non amplius reuocanda: quòd à priuatione ad habitũ nõ detur regressus, vt philosophi docent. & Paulus *lib.* 11. quæstionũ in *l. qui res* 98. §. *Aream* ,, *ff. de solut.* dicens: *In perpetuum enim sublata obligatio* ,, *restitui non potest.* & est *tex. in cap. ad dissoluendum* 13. ,, *de dispensat. impuber.*

114 Primo quidem, quòd ex probatis, satis, superque ostensum est, priuilegia præfata, ne dùm quoad decimas, atque Paschale cereum in singulos annos in vsu esse, verùm etiam quoad Affidatos, tàm ex litteris patentibus Illustrissimi Domini Iulii Masii prædecessoris Episcopi, quàm ex familiis Dalmatarum, aliàs Sclauonum, in loco sancti Martini retentis, quos non alio titulo, quàm priuilegiorum retinere poterat, illosque in suum ius, & iurisdictionem habere, atque in eorum causis, tàm ciuilibus, quàm criminalibus cognoscere, & iudicare.

115 In vim enim præeuntis tituli possessionem habere præsumitur, ex *Gloss.* notabili, & recepta ac *fin.* in *l. quædam mulier* 76. *vbi Angelus. n.* 4. *ff. de rei vendicat.* quam sequitur Regens de *Ponte*
116 *consil.* 72. *num.* 1. *volum.* 2. Quemadmodum ex possessione pro tituli qualitate argumentum sumimus, præsumptionemque probamus, vt deducit *Imola* per illum tex textum in *cap. cum venissent* 6. *num.* 11. *de institut.* & *ibi Butrius num.* 12. & *Abb. num.* 7. sequiturque *Franciscus de Clapperijs causa* 2. *quæst.* 2. *num.* 12.

117 Ad manutenendum verò in possessione etiam vnicus sufficit actus. ad *tex. in cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *de causa possess. & proprietat.* quem *tex.* ad rem refert *Andreas de Isernia in cap.* 1. §. *similiter in*

osten-

ostendititiis colum. 2. de capit. Corrad. in vsibus feudorum quem sequitur *Vincentius Anna d. allegat.* 131. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellarię, Gloss.* 45. §. 2. *num.* 29. *& seq.* Rota *par.* 2. *diuers. decis.* 17. *num.* 1. *& seq.*

Deinde, quòd, (fac prædecessores Episcopos facultate affidandi vsos minime fuisse) neque ita tamen priuilegio renunciatum videbitur.

118 Nimirum, quod priuilegia præfata Ecclesiæ Sanctæ Mariæ indulta fuere in vim contractus, & Episcopis, vt Episcopis; dignitati videlicet Episcopali. quam ob causam neque expresè Episcopi prædecessores huic facultati renunciare potuerunt;
119 vt multò minus id tacitè, per non vsum facere potuerint; quod non potuerint deteriorem Ecclesiæ conditionem reddere: fuisset enim alienationis species, quæ est iure prohibita. *cap. primo cum sequentibus*, & ex Concilio Siluanen. in *cap. nulli liceat* 5. *de rebus Eccles. alienandis, vel non*, Paulus Secundus in *extrauaganti ambitiosæ vn. de rebus Ecclesiæ non alienand.* & ita determinat in terminis nostris, *Decianus consil.* 66. *num.* 65. *volum.* 3. *Iacob. Berretta consil.* 13. *num.* 9. *Menochius de præsumpionibus lib.* 6. *præsumpt.* 41. *num.* 8. *& sequenti.* sequiturque *Surdus*
120 *dicto consil.* 419. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 3. potissimum verò in his actibus facultatis, in quibus præscriptio non datur. *l. viam* 2. *vbi Bart. alijque, ff. de via publica. Rota par.* 2. *tom.* 1. *in recentior. decis.* 11. *num.* 9. *& apud Cardinalem Seraphinum decis.* 151. *num.* 1. & notatur in *d. cap. cum Ecclesia Sutrina* 3. *de causa possessionis, & proprietat.* etiam si per mille annos steterint, quin vsi facultate fuerint, nisi prohibitio, & acquiescentia, quæ non interuenere in casu isto;

intercessissent, vt dixit *Rota apud Coccinum Decanum, decis.* 402. *num.* 10. *& apud Seraphin. dicta decis.* 151. optima *Gloss. in l. qui luminibus* 10. verbo *forma in fin ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.*

122 Neque etiam manutentio locum habet, vt notatur in *dicto cap. cum Ecclesia Sutrina, & ibidem Ripa num.* 43. *et sequent. Rota apud Cardinal. Caualer. decis.* 286. *num. primo. et decis.* 418. *num.* 9. Rota Maceraten. apud *Marcum Antonium Thomati decis.* 5. *num.* 15. *et sequenti, Gratianus forens. par.* 3. *cap.* 655. *num.* 49.

123 Præterquam, quod cùm priuilegia hæc fuerint, & sint perpetua, atque proinde causam habeant successiuam: licet prædecessores Episcopi eis vsi non fuissent, non tamen successoribus præiudicium inferre potuissent, ne illi suo vterentur iure per priuilegiorum vsum; quia nimirum sicuti illi voluntariè vsi non fuere priuilegiis, ita voluntariè quoque isti eis vtuntur, ad *tex.* in *l. voluntariè* 12. *C. de excusationibus tutorum, vbi Cynus, Petrus, et Salycetus*, in specie ad priuilegia ex illo *text.* inferentes. & ad *text. in l. falsò* 2. *C. de diuers. rescriptis. Abbas, et Felin. in d. cap. cum accessissent* 7. *de constitut. idem Abb. consil.* 94. *par. prima, Guido Papa decis.* 387. *num.* 1. sequitur *Surd. dicto consil.* 419. *num.* 32.

Præterea respondeant mihi (lodes) huic dilemmati Aduersarii: Vel priuilegiorum notitiam non habuere aliqui ex prædecessoribus Episcopis Iu-
134 uenacen Ecclesiæ, vel illam habuere. Si non habuere, & priuilegiis vsi minime fuerunt, quia ignorauerunt, nullum, neque sibi ipsis, neque (multoque magis Ecclesiæ, & successoribus) præiudicium in-

intulerunt: quia inuoluntariè id omiserunt, non scientes priuilegia adesse. nulla proinde positiua affuit intentio priuilegijs non vtendi. non itaque illis renunciauere; ex ratione, quam Paulus *lib. 2. quæstionum in l.mater decedens 19. §.cæterum si quis ff.de inofficios.testament.* propriis refert verbis: *Nec enim* (inquiens) *quæ ex testamento adijt, quod putabat valere, repudiare legitimam hæreditatem videtur, quam nescit sibi deferri*. Et rationis huiusce ratio redditur.

126 Quia errantis, vel ignorantis nullus est consensus, neque voluntas. *l.non idcirco 9. ff.de iuris, et facti ignorant. l.nihil consensui 117. ff. de regul.iuris. l.si quis per errorem 15.de iurisdict.omnium iudicum can.1.29.quæst.1.*diximus *respons.* nostra 86.*num.*92. *et* 93.*par.* 3. Scribentes in *dicto capitulo cum accessissent septimo de constitut. et Surdus dicto consil.* 419. *num.36.Pater Suarez de legibus,lib.8.cap.34.num.5. ex Glos. in cap.Abbate Sancti Syluani 25. in fin* verbo *donec de verborum signification. Horat. Mandosius de priuileg. ad instar, Gloss.15.numero 12.in 5. fallent.*

127 Si verò priuilegiorum notitiam habuere prædecessores Episcopi, & illis non vsi sunt, cum ab eorum facultate dependentiam habuerit, nam potuerunt vti, vel non vti, neminique iniuriam non vtendo faciebant, cùm esset actus merè facultatiuus, nulli ex hoc præiudicium intulere, cum se merè negatiuè habuerint, non vtendo; non sibi ipsis, quia poterant quando voluissent vti; non successoribus, neque Ecclesię: & quia se merè negatiuè habuere, nihil positiuè facieres; & quia neque etiam per expressam rennnciationem, vel Ecclesię,

vel successoribus preiudicium inferre potuissent, vtputa quod alienationis species fuisset, atque proinde nulliter egissent. vt in superioribus etiam notauimus. & probat pluribus Pater *Suarez d. lib. 8. cap. 34. num. 6. & sequent. & Mandos. d. Gloss. 15. in prima limitat. num. 6.* limitans in Ecclesia, quod per non vsum minime perdatur priuilegium. & *num. 14. & 15.*

Nos verò extra hanc sumus difficultatem, cùm prædecessor noster Illustrissimus Masius priuilegiis vsus fuerit, & nos vsi quoque fuerimus, & vtimur, atque vtemur.

Hanc ob causam proinde ex se ipsa machina dissoluitur, quam extruxere, sex vel potius sep-
128 tem examinando testes, qui dicant, non audiuisse. neque Dominum Masium, neque alios prædecessores Episcopos Affidatos habuisse, tenuisseque.

Cùm quia etiam ex patentibus litteris manu, & sigillo dicti Domini Episcopi Masii exaratis patet, illum priuilegiis vsum fuisse, atque affidatos habuisse, etiam Dalmatas, aliàs Sclauones, tenendo, & habendo, ac iudicando. Falsi igitur sunt testes, qui per negatiuam deponunt.

129 Veritas enim vna est. nec potest in plura diuidi. ad *tex. in extrauaganti vnam sanctam §. vna nempe fuit de maiorit. & obed. inter commun.* & vt dixit Seneca in *Tro.*

„ *Veritas nunquam latet.*

130 Quam ob causam nudam veritatem veteres appingebant, quod in lucem, & oculis omnium agnosci velit: & qui eam volunt, aperti sunt, ac simplices, nullo modo fraudulenti, aut insidiosi: &

quod

quod veritatis oratio simplex esse debeat, & recta, non fucata, tecta, aut perplexa, vt *Tuillius in emblema 19. Alciati* adnotat. verbo *Nuda veritas.* & Horatius *lib. 1. carmin. ode 24.*

„ *cui pudor, & Iustitia soror*
„ *Incorrupta Fides, Nudaque veritas,*
„ *Quando vllum inuenient parem?*

131 Tum quod, cum super negatiua deponant, nihil probant. *Quia negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio.* verba sunt ista Innocentii III. in *cap. bonæ memoriæ 23. de elect. vbi* plenè *Gloss.* verbo *per rerum naturam*, & ibidem *Barbosa in collectan. num. 8. 13. 14. & 15.* Idem Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. quoniam contra 11. in principio de probationibus.* non enim quod ipsi non audiuere, ideo non factum fuit, cùm potuerit fieri, quamuis ipsi non audiuerint. vt de facto fuit, quia Illustrissimus Masius Episcopus affidatos habuit, vt hucusque probauimus, nec futiliter.

132 Nihil proinde probant: Quia negatiua facti simpliciter improbabilis est, cum non cadat in sensum, ac consequenter in intellectum. secundum *Bald. in l. actor. colum. 2. C. de probat.* ad tex. in *l. non hoc 4. vbi Gloss.* verbo *quærendum*, *C. vnde legitimi. Aemilius Ferrettus respons. 6. num. 2. colum. 2. num. marginali* 10. *Menochius de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. num. 11. & 12. Afflict. decis. 324. num. 8. in fin.* plures more suo refert *Farinacc. de testibus, quæst. 65. à num. 200. cum seq.* addens, nec sanè peregrinè ad rem hanc nostram, *num.* 205. testatem su-

133 per mere negatiua deponentem falsitatis coniungi, vt pœna etiam vti falsus plecti valeat, *nu.* 206.

cap.

145 Agant igitur pœnitentiam ab hac nequitia eorum iuxta Principis Apostolorum consilium ad Simonem illum magum *Actuum* 8. 22.

Atque ita ex his, meliori non abiecto iudicio respondendum censuimus nostræ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ iura tuentes.

Carolus Maranta V.I.D. Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 Parce in omnibus utendum, neque ad satietatem rebus hisce apparentibus degustandum.
2 Voluptati meror comes.
Et alliterant sibi mel, & fel.
3 Amor melle,& felle est fecundissimus.
4 Prouerbiorum locus 25.16. Mel inuenisti comede, quod sufficit. elucidatur.
5 Mel non multum comedendum, sed parce.
Summisque digitis, non caua manu.
Ratio affertur à Medicis num. 6.
Bilem auget, fastidium creat, & vomitum generat.
7 Dulcia omnia facile bilescunt, & stomacho nauseam inducunt.
8 Martinus del Rio è Societate Iesu celebratur, & nu. 46.
9 Sapit ille, qui plus iusto non sapit: sed ad sobrietatem sapit.
10 Auctor iurisdictionem Ecclesiasticam firmo tuetur pectore.
11 Ecclesia Dei Turri Dauid in Canticis similis dicitur.
Et quare? nu. 12.
12 Locus Canticorum 4. 3. Sicut Turris Dauid collum tuum. latè expenditur.
13 Ecclesia collum Prædicatores sancti dicuntur à Sancto Gregorio.
Et quare? & num. 17. ex Beda.
Et cum propugnaculis ædificata dicitur, et quare? num. 14.
15 Pastores dum vigilant, cedit improbitas.
Pastorisque vigilantia gregis est securitas. nu. 16.
17 Basilius Viegas ex Societate Iesu celebratur.

145 Agant igitur pœnitentiam ab hac nequitia eorum iuxta Principis Apostolorum consilium ad Simonem illum magum *Actuum* 8. 22.

Atque ita ex his, meliori non abiecto iudicio respondendum censuimus nostræ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ iura tuentes.

Carolus Maranta V.I.D. Episcopus Iuuenacen.

SVMMARIVM.

1 *Parce in omnibus vtendum, neque ad satietatem rebus hisce apparentibus degustandum.*
2 *Voluptati mœror comes.*
Et alliterant sibi mel, & fel.
3 *Amor melle, & felle est fœcundissimus.*
4 *Prouerbiorum locus 25.16. Mel inuenisti comede, quod sufficit. elucidatur.*
5 *Mel non multum comedendum, sed parce.*
Summisque digitis, non caua manu.
Ratio affertur à Medicis num. 6.
Bilem auget, fastidium creat, & vomitum generat.
7 *Dulcia omnia facile bilescunt, & stomacho nauseam inducunt.*
8 *Martinus del Rio è Societate Iesu celebratur, & nu. 46.*
9 *Sapit ille, qui plus iusto non sapit: sed ad sobrietatem sapit.*
10 *Auctor iurisdictionem* Ecclesiasticam *firmo tuetur pectore.*
11 *Ecclesia Dei Turri* Dauid *in Canticis similis dicitur.*
Et quare? nu. 12.
12 *Locus* Canticorum 4. 3. *Sicut Turris Dauid collum tuum. latè expenditur.*
13 *Ecclesiæ collum Prædicatores sancti dicuntur à Sancto Gregorio.*
Et quare? & num. 17. ex Beda.
Et cum propugnaculis ædificata dicitur, et quare? num. 14.
15 *Pastores dum vigilant, cedit improbitas.*
Pastorisque vigilantia gregis est securitas. nu. 16.
Ingiustissima poscia è la seconda pretensione, mentre quella stà fundata sù l'erroneo, e non nella verità. E quando l'istessi pescatori vogliono pagare la decima in danari, lo che non se ritroua prohibito, modo decimam soluant; pretendono di loro il maggior commodo, non l'vtile del Vescouo, ne si puole trasgredire il valore, sapendosi molto bene. Ne la quantità della decima è incognita, come essi stessi l'asseriscono nel memoriale esposto. Si che per volere fare sapere più la minestra (come si suol dire per prouerbio) hanno gionto del pepe. Ne si sarebbe così tacitamente passato dalli stessi Pescatori, che non hauessero hauuto ricorso, almeno al Vescouo, si loro fusse stato fatto aggrauio da ministri. Come all'incontro vien loro sempre fatta cortesia con carità, sendo il Vescouo Pastore, che ha da render conto dell'anime, non esattore. Ma nasce questo dalla radice infetta; perche stimano li laici, che sia perduto tutto quello si paga per Decima. E pure quella *debetur Deo*. Principio dunque di poca fede.

32 Quanto poscia più che ingiustissima sia la terza assertione, appare euidente dallo stesso *cap. 3. licet de feriis*. d'Alessandro il Terzo, quale non altrimente de-

determina ſi fuori,ò dentro del diſtretto,ſi prendeno per peſcagione l'alici, delle quali fauella : Ma ſolo:*Eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus con-*
„ *gruam faciant portionem* . E ciò poſt *capturam fa-*
ctam : che s'intende , *traſportatis piſcibus* . E così de *Eccleſiis circumpoſitis locis* , *ad quæ transferunt* ; come ſi ſcorge euidentemente dal conteſto, parlando,e riſpondendo all'Arciueſcouo di Triburia ; e così de piſcibus, qui transferuntur ad Triburien diœceſim , ancorche extra illam caperentur, eſſendo che egli era quello doueua facere indulgentiā piſcandi. come parimente la *Chioſa* in detto luogo euidentemente accenna,allegando il teſto nel *cap. ad Apoſtolicæ* 20.*de decimis*.quale approua altresì la conſuetudine vicinorum locorum in exigendis decimis . Oltre che (come s'è detto) aſſai differenti ſiano li termini, nelli quali parla detto Aleſſandro Terzo nel detto *capit.licet*,da quello è in queſto caſo:eſſendo che quì s'eſſige in rigore di decima formale,pagabile in detti giorni feſtiui per conſuetudine (*ab immemorabili*) introdotta, e non per raggione di licenza, come erroneamente ſoppone il Barone , ma non già li poueri Peſcatori , quali non giamai hanno contradetto al pagamento della decima , eſſendo quella certiſſima per conſuetudine di tempo immemorabile , come non poſſono negarlo, ne lo negano , anzi che nò , l'aſſeriſcono nell'aggionto memoriale. Et eſſo Veſcouo riſpondendo alle propoſte nel Regio Collaterale Conſeglio fatte da detto Prencipe, hà fondato tutto ciò in vn libretto per queſto dato alle Stampi,quì in Roma , che ſi dà . Et è quanto per breue relatione

tione puole riferire all'Eminenze Vostre, supplicandole essere inteso in voce, che l'haurà à gratia.
In Roma li 30. Ottobre 1644.

Dell'Emin. VV. Reuerendissime

Humilissimo, & obligatissimo seruidore.
Carolo Vescouo di Giouenazo.

33 Data hac relatione, causa fuit commissa Eminentissimo Domino Cardinali Facchenetto. Præsentiens autem Aduersarius satis sibi obstare ab Episcopo datas responsiones, atque informatione voce Eminentissimis Patribus facta, vnicuique eorum copia data relationis, & libello prælis Romæ presso, timens sibi, quod thecnæ aperirentur, sequenti in iure data informatione; & proponi causam differri opportunum æstimauit, cùm antea dietim citationes cumularentur, vt causa non audito Episcopo proponeretur; & sibi (Principibus etiam viris interuentoribus) opportuniùs prospiceret. Vocato etiam Episcopo in contradictorio coram eodem Eminentissimo Facchenetto: cui facetè diximus, Videat Eminentia vestra, qualis Iuuenacenses sint Ciues; si pauperes, & miserabiles Piscatores ita potentes sunt, vt etiam Principes viros moueant.
spoliata plumis.
" . . . , *mouit Cornicula risum.*

Audito contradictorio, Eminentissimus, vt est acris ingenij, in duo capita rem omnem reduxit:
vnum,

vnum, contradictorem non habere, sed concordare vtrumque; decimam solui ex piscibus diebus festis ab immemorabili tempore: cuius initii memoria hominum in contrarium non existit: Alterum, in quo discordes eramus; solueretur ne decima licentiæ ergò; quod Aduersarij asserebant, vt intraret Constitutio Vrbana, dies festos moderans: an vero ratione decimæ formalis, quod nos affirmabamus, vt remoueretur Vrbana dispositio, præceptum tantummodo abiiciens? Ita à contradictorio
34 exiuimus, significata iam prima noctis hora. Quẽadmodum Paulus de medio Areopagi exiuit, *Actuum* 17. 33. Existimabant enim noua quædam nos eorum auribus inferre, Aduersarii nostri, quod dicebamus: decimam hanc esse formalem, non portionem illam licentiæ causa datam; vt tanquam deliria eis hæc viderentur, vt dicerent: quæ est hæc noua; quæ à te dicitur doctrina? Audiamus quæso) eos, quibus loquantur verbis.

35 Aduersariorum informatio.

IVVENACEN.

EMinentissime, & Reuerendissime Domine: Ex visitatione anni 1533. data per Reuerendissimum Dominum Episcopum Iuuenacen. in fine responsionis ad nostrum primum memoriale apparet, quod in dicta Ciuitate soluuntur decimæ Dohanæ, & decima scannagij nuncupatæ, ex prima tres ex quatuor eius partibus; & ex secunda duæ ex tribus partibus dicto Reuerendissimo Episcopo; & reliquæ earum, quarta, & tertia partes respectiuè

soluuntur Capitulo, & Presbiteris Cathedralis, qui exercent curam animarum dictæ Ciuitatis.

Nec non soluitur etiam decima pars piscationis, quæ fit in diebus festis, & hæc soluitur tota, & integra dicto Reuerendissimo D. Episcopo absque vlla participatione cum dd. Capitulo, & Præsbiteris.

Nuperrimè prætendente Reuerendissimo Domino moderno Episcopo aduersario, quod dicta decima portio piscationis, quæ soluebatur in illis diebus festiu s, qui ante constitutionem Vrbanam colebantur ex præcepto, ascendentium in d. Ciuitate ad numerum satis excessiuum, vt in tabella data Eminentissimo Domino meo Ponenti, solui etiam debeat nunc; & in posterum, non obstante, quod dies prædicti per dictam constitutioné exépti fuerint à dicto præcepto; & hoc sub prætextu, quod sit decima spiritualis, quæ debetur omni tempore. Ac prætendente etiam, quod sibi solui debeat decima pars piscationis, quam aliqui ex eisdem piscatoribus faciunt in mari montis Gargani, & sale conditam in dictam Ciuitatem introducunt.

Causa ex parte Piscatorum ad illos se non teneri prætendentium ad hanc sacram Congregationem delata, & Eminentissimo Domino meo Cardinali Facchinetto remissa, omissis ijs, quæ in dicta responsione ad nostrum primum memoriale inaniter obiiciuntur contra Excellentissimum Dominum Principem in hac causa non existentem.

Strictè quoad dictos pauperes piscatores meos principales, qui soli contra dictas prætensiones in hac sacra Congregatione reclamarunt, & reclamãt respondendum credimus, illos ad neutram teneri ex sequentibus. Non

Non tenentur ad primam, quia decima portio piſcationis, ſi ſolueretur, tamquam decima ſpiritualis, vt ex aduerſo prætenditur, ſpectaret pro aliqua ſaltim parte ad Capitulum, & Presbyteros curam animarum ibidem, vt ſupra, exercentes; non autem tota, & integra ad ipſum Epiſcopum, ad quē inſpecto iure communi, ſpectare poteſt, vel quarta pars tantum, iuxta *deciſ. 31. num. 5. par. 2. diuerſor.* vel attenta conſuetudine tertia pars, vel tres ex quatuor illius partibus ad inſtar aliarum dictarum duarum decimarum iuxtà *deciſ. 402. num. 1. par. 2. recent.* Vnde, cum ſacramenta adminiſtrantes nullam illius partem habeant, decima ſpiritualis dici non poteſt.

Secundo quia, cum decima piſcationis, quæ fit in mari, ſit perſonalis, prout vltra *Rebuff.* & alios in dicta reſponſione ex aduerſo citatos communiter firmant omnes *Canoniſtæ* ſuper *cap. non eſt de decim.* ſi illa ſolueretur tamquam ſpiritualis, nulla ex aduerſo excogitari poterit cauſa ſubſiſtens, ob quam illa debita ex cauſa adminiſtrationis ſacramentorum, debeatur ex artificio d. piſcationis ſolum, & duntaxat, & non ab exercentibus alia artificia, quibus eadem ſacramenta coequaliter in eadem Ciuitate adminiſtrantur.

Tertio quia, cum d. piſcationis decima ſit reſtricta ad dies feſtiuos tantum, nullo cum fundamento prætendi poteſt ſacramentalis; Cum iſta debeatur omni tempore; Et hoc motiuum, quod ex aduerſo ſupponitur Achilles noſtrorum fundamentorum; non eſt meum; ſed *Abbatis* mox citandi.

Pp Nec

Nec submoueri potest d. motiuũ, quod dictus Reuerendissimus percipiendo in diebus limitatis, hanc decimam, quam supponit potuisse percipere omnibus diebus, gesserit vtile negotium pro piscatoribus; quia si percipere potuit, & non percepit: pessimè, & damnosissimè se gessit, tàm pro piscatoribus, quos in pœnis spiritualibus contra non soluentes decimas de iure inflictis insordescere fecit, & facit; Quàm contra propriam Ecclesiam, cui tale præiudicium contra formam iuramenti in illius adeptione præstiti, inferre non potuit, neque debuit.

Sic toto aberrat cœlo, vt sedeat ei, quod patientissimus Iob vxori respondit, quæ, vt benediceret Deo, (malediceret scilicet) pessimè persuadebat; Sicut „ vna ex stultis „ mulieribus loquuta es: Si bona suscepimus „ de manu Dei, „ mala quare non „ sustineamus? Non vtique peccata tolerauimus; Sed consuetudini receptæ, & quæ contra Dei legem nõ est, institimus. Ne si omnibus diebus has decimas dirupta consuetudine exigeremus, scandalum laycis pararemus.

Aut illam omni tempore percipere non potuit, prout verè no potest, & tunc motiuum suo marte subsistit, & piscatores huiusmodi figuratam vtilitatem ea grata liberalitate, qua ipse erga illos gessisse supponit, eidem Reuerendissimo spontè retrocedunt.

Quartò quia, si dicta portio solueretur pro decima personali intuitu administrationis sacramentorum, solui deberet in fine anni. *Gloss. in cap. reuertimini in verb. annus* 16. *q.* 1. *& Abb. in cap. peruenit. eod. tit. Suar. de virtut. & stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 3. *vers. sed vlterius*. non autem in ipsis met diebus factæ piscationis,

prout

prout dictim soluitur ista, de qua agitur.

Ac etiam solui deberet deductis sumptibus cimbarum, retiũ, & aliarum expensãrum pro ipsa piscatione necessariarum. *Gloss. in cap. apostolicus. & in cap, non est. & in cap. pastoralis de decim. vbi Innocent. Host. Abb. Butr. & alÿ. Capic. decis. 20. num. 11. Via. decis. 4. num. 21. Nauarr. in manual. confessor. cap. 21. num. 3.* Vnde, cum in illius solutione non expectetur annus, nec habeatur ratio dictarum expēsarum; eo minus prætendi potest, quod soluatur tamquã decima spiritualis personalis.

Quinto. Et denique, quia, si solueretur pro dicta decima spirituali, vltra illam, solui etiam deberet alia portio intuitu transgresionis præcepti *Sabbata sanctifices*, ordinata in *cap. licet de feriis*, vbi *Abb.* sub *n. 5.* formaliter dicit, *fit ergo ista largitas vltra decimam debitam Ecclesiæ Parochiali, & fit intuitu elemosinæ, & in recompensationem huius Indulgentiæ*, hoc est licentia piscandi in dictis diebus festiuis concessæ per Alexandrum Tertium in *d. cap. licet.* & pro ratione subiungit.

Nam, *si fit captura, non in diebus feriatis: nihilominus debetur decima personalis, sicut de venatione, & tamen* ni-

Satis apertè coniungitur Aduersarius ex his, se non percepisse sensum verborum Abba-

nihil tunc dicitur de Ecclesiis circumpositis, ergo non loquitur de decimis, cum illa omni tempore sint soluendæ Ecclesiæ. Ex isto ratiocinio duo colliguntur, quæ intentionem Piscatorum optimè firmant.

Primum, quod non est decima spiritualis, personalis illa, quæ non soluitur Ecclesiæ omni tempore; vt supra diximus; & Alterum, quod in illis locis, in quibus hæc decima sẽper, & omni tempore soluitur, quãdo piscatur in diebus festiuis, vltra illam; soluitur etiam alia portio. Et huiusmodi hanc duplicatã solutionem in hoc casu vltra *Abbatem* super *eod. cap. licet*; firmant *Abb. antiq.* in *fin. Butr. num. 9.* & alij. Et sic non erronicè. Sed benè diximus, & nunc repetimus, quod (prædictis in casu nostro concurrentibus) portio dictæ piscationis; non soluitur pro decima spirituali iuxta sensum Reuerendissimi Domini Aduersarij, sed pro *elemosina compensatiua transgressionis dicti præcepti.* Sabbata sanctifices.

2 Nec obstat, quod in nostro memoriali asseruimus d. piscationem in diebus festiuis fieri absque licentiâ Reuerendissimi Domini Aduersarij, & quod propterea prætendere nõ possumus, quod illa soluatur pro dicta licentia, quæ non datur.

tis, quæ ad amussim contra ipsum sunt. Satis verò apte pro nobis.

Argumentũ, quod ipsi satis strictum putant, nullũ omnino est, & eluditur. Quia nimirum portio illa, quæ in illo casu Ecclesijs circumpositis, vel Christi pauperibus, ex Alex. Tertij indulgentia soluitur, non est ex præcepto, sed ex Consilio: Decima autem ex præcepto soluitur. Nec illa portio compensatiua, solutio est trãsgressionis pręcepti; cum in illo casu pręceptum ob necessariã causam minime soluatur.

Quia ad effectum licitè piscandi diebus festiuis, sufficit licentia, seù dispensatio generaliter concessa in *d.c.licet.* Nàm *Suar.de virtut. & stat. Relig. lib.2. cap. 33. num. 5. Sanchez conf.moral. lib.5. cap.2.dub.20.* & alii per ipsos citati firmant illam esse licentiam, & dispensationem iuris; Et licet sit restricta ad certum tempus, tamen sufficit, quod ex tolerantia, & tacito consensu Episcoporum ampliata fuerit ad omnes dies festiuos, cum in hac materia sufficiat consensus tacitus *Suarez loco supra citato num.12.* Vbi citat omnes Summistas in hoc concordantes.

Hoc toto discursu persuadere conatur posse vendi inobseruantia diei festi.

Minus suffragatur, quod illa nuncupatur decima, quia talis est respectu quotæ, seù numeri, & à d. quota, seu numero nomen desumpsit; sed in effectu, & substantia, quæ sunt attendenda, decima spiritualis, non est, ex rationibus supra deductis, & comprobatis.

Vtique à quota, & numero nomen sumpsit decima, proinde decima est, & pro decima soluitur, & quare spiritualis nō est? Quia scilicet prætium sanguinis est; ideo nō licet mittere illud in Corbonam. Verè carnalis homo non sapit ea, nec percipit, quæ sunt spiritus Dei. vt tutos faciat homines, ne decimam Deo soluant.

Quamobrem cum fęlic. recordat. Vrbanus Octauus ob clamorē pauperum, qui frequens ad eius aures ascenderat, festorum multitudinem, ob quotidiani victus laboribus suis comparandi necessitatem sibi valdè damnosam conquerentium motu suo proprio, ex certa scientia, & plenitudine apostolicæ potestatis

de-

declarauerit certos dumtaxat dies in ipsa constitutione expressos, pro festis ex præcepto colendos.

Et ad reliquorum dierum obseruantiam, quos hactenus in vniuersa Ecclesia, natione, Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & locis, quomodocumque siuè ex præcepto, siuè ex consuetudine, etiam immemorabili, siuè ex deuotione Christi fideles celebrauerant ad illos in posterum ex præcepto colendos nunquam teneri.

Ac etiam expressè iniūxerit Episcopis, quod de cœtero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto nouorum festorum abstinere studerent, vt præcisè dicitur in dicta eius constitutione, quæ circumfertur impressa.

Duo cōsequuntur. Primum, quod Reuerendissimus Dominus aduersarius non potest ad sui libitum indicere noua festa sub præcepto in vim facultatis, quam habere prætendebat ex *cap. conquestus de feriis*, in d. sua responsione citato, quia dicta facultas per d. constitutionem fuit iam satis, superque ob dd. pauperum subleuamen, moderata; & ista moderatio erat valde necessaria, quia illa septima pars integri anni, quæ sola alias subiacebat præ-

cepto

cepto decalogi, In dicta Ciuitate Iuuenacen excedebat integram tertiã partem eiusdem anni.

Et alterum, quod dicta decima portio debita qualificatè, & limitatè, vt exaduerso admittitur in diebus festiuis tãtum, nullo modo prætendi debeat in diebus, qui ex dicta constitutione non sunt tales; aliàs dicta constitutio principaliter emanata pro subueniendo istis pauperibus piscatoribus in nihilo subuenisset, vt patet ad sensum.

Eoque magis, quia Reuerendissimus Dominus aduersarius illã prætendit tanquam præscriptam, & in materia decimæ etiam spiritualis; præscriptio est ità strictè regulanda, vt extendi non possit de re, ad rem, nec de prædio, ad prædium *Card. Seraphin. decis.* 908. *num.* 20. *Buratt. decis.* 402. *num.* 4. & consequenter, nec minus de tempore, ad tempus, cum in iure licita sit argumentatio de tempore ad locum. *Euerard. in argument. de tempore ad locum per tot.*

Præterea, si verum est, prout mihi verissimum supponitur, quod annis præteritis in dictis certis nouis festis in Regno Neapolis dictus Reuerendissimus voluit, quod piscatores in illis piscantes soluerent hanc portionem, etiam quod in illis die-

bus

bus nulla considerari potuisset præscriptio: sicuti igitur piscatores, inspecta illa qualitate festiuitatis augumento d. solutionis libenter acquieuerunt, & Reuerendissimus aduersarius gauisus fuit d. augumento, ita, & hodie æqualitatem omni iure debitam seruando, acquiescere debet huic diminutioni vniuersaliter inductæ, considerando, quod cessante causa d. qualitatis festiuæ; cessat etiam effectus; Inde in subleuamen istorum pauperum causatus.

Optimus argumentandi modus,

Non inseruit exclamatio, quod decima debeatur omnipotenti Deo in recognitionem supremi dominij, quia hoc esset verum, si Reuerendissimus Episcopus, ac Capitulum, & Præsbiteri curam animarum exercentes non haberent alios redditus ipsis loco decimæ assignatos. *Fontanell. de pact. nuptialib. claus. 4. nu. 19. cum mult. seq.* & benè per *Iacob. Antonio de Marin. resolut. quotidian. cap. 81. num. 17. & 18.* Vbi, quod in Ciuitate Neapolitana non soluuntur decimæ ex eo, quod fama fertur, quod per d. Ciuitatem pro decima debita, & debenda fuerit assignatum certum oppidum: vnde cum in d. ciuitate soluuntur dictæ duæ decimæ ex priuilegio particulari, vt admittit Reuerendissimus Aduersarius confe-

Hoc ipse probare oportebit. nobis sufficit, quod consuetudini stent.

A diuersis non rectè fit illatio. quid enim Ciuitas Neapolitana cum Iuuenatio? Cum fueris Romæ Romano viuito more.

sequitur, quod aliæ non debeantur.

Nec minus debetur decima piscium, qui capti in mari montis Gargani in d. Ciuitate per dd. piscatores introducuntur.

Quia aut prætenditur, tamquam decima personalis, & illa, sicut non prætenditur à lucris aliarum personarum d. Ciuitatis, ita, & nec minus prætendi potest ab istis miserrimis, qui tota die, & nocte laborantes vix panis victum ipsis, eorumque familiis comparare possunt, cum inter hos Piscatores, & alios d. Ciuitatis homines vniformi Secramentorum administratione indigentes, nulla assignari possit diuersitatis ratio, vt supra dixi.

Hæc est diuersitatis ratio. Quia cōsuetudine ipsi tenentur, cui innitūtur. Seruent proinde illam.

Aut prætenditur ratione Dohanæ, ob introductionē piscium, tamquam captorum extrà mare territoriale ipsius Ciuitatis, & multo minus debetur, Tùm quia nullo iure cautum reperitur, quod de rebus introductis debeatur decima pars Episcopis, vel Parochis.

Tùm quia dicta Dohana est ius feudale; prout feudi etiam est ius Mascannagii, seù macelli, illaque exiguntur à ministris Principis feudatarii, qui postea ex tota massa integræ exactionis soluunt d. decimam Episcopo, & Capitulo inter ipsos, vt

Ex proprio Marte hic loquitur, vel vt tympanum percussum sonū reddit.

Qq supra

ſupra,diuidendam.Et iſta non ſoluitur Epiſcopo ratione introductionis; ſed tanquam decima pars illius fructus feudalis tantum, & nō alias, & ex particulari priuilegio, vt ſupra dixi.

Vlterius, ſi Piſcatores ſoluerent vnam decimam dohaneriis,& alterā ipſi Reuerendiſsimo reſultarēt duo grauamina. Primum quod iſti pauperes pro vna, eademque introductione grauarentur duplici onere. Et alterum, quod dictus Reuerendiſſimus redecimaret, capiendo decimam à piſcatoribus, & poſtea decimam illius decimæ, quàm iidem ſoluunt dictis Dohaneriis, quod eſt contra ius.

Aut deniquè illam prætendit intuitu illius partis piſcium, quam dicti piſcatores capiunt in diebus feſtiuis, & poſtea in dictam Ciuitatem introducunt, & illa, nec minus debeatur, quia iſta portio ex *d.c.licet.* debetur Eccleſiis circumpoſitis mari,in quo piſcantur.Eccleſia verò Iuuenacen nō eſt circumpoſita mari d.montis, quia in ſinu maris adiacentis inter d. Ciuitatem Iuuenacenſem,& dictum montem intercedunt quinque Ciuitates, & diœceſes, nempè Melfitten,Vigilien,Tranen,Sipontin,Veſtan, & forſan aliæ.

Pro-

Proindeq. pars maris, quæ adiacet Territorio Iuuenacen ab oriente, & occidente septentrionem versus est de territorio, & Iurisditione dictę ciuitatis, nedum vsque ad centum milliaria secundum *Bart. in tract. de Insula in verb. nullius enim esse creditur. n.1. Castren.in l. deprecatio.9.n.4.ff.ad l.rod. de iact. & in l. Insulæ.9.n.2.& 3.de Iudicib.* sed etiã vltra centum.

Illa verò pars maris continuantis, quæ ex fine dicti Territorij Iuuenacen versus partem occidentalem, in qua est situs dictus mons Garganus tamquam propinquior prædictis Ciuitatibus intermedijs in qualibet eius parte adiacente territorijs earũdem sequentium ciuitatum, pro rata adiacentiæ, dicitur mare territoriale quarumlibet ipsarum respectiuè, non autem ciuitatis Iuuenacen secundum *Angel. in l.insula. 9. n.1. & ibi Castren.n.2.& 3.ff.de Iudic. Cepol. de seruit.rusticor.prædior.cap.26.n.17* cum alijs citatis per *Bellom. Iunior cons.14.à n.31. cum plurib.seqq.*

Et sic inspectio ocularis, in qua se fundat Reuerendissimus Dominus Aduersarius inchoata à fine vtriusq. limitis Territorij Iuuenacen à partibus orientem, & occidentem versus, retentis lineis rectis dictorum

limitum versus septentrionem extensa vsque, ad aliud continens dictæ ciuitati contrapositum cuiuscũque excessiuæ longitudinis existat iuxta prædictos Doctores pro dimidia dici potest mare dictæ Ciuitatis, & pro alia dimidia mare alterius continentis è conspectu dictæ ciuitatis contrapositi; quo verò ad partes collaterales, videat oculus, quantũ vult, non sunt suæ, sed aliarum ciuitatum, quibus adiacent.

Vnde cum dicti pisces capti in mari montis Gargani, nullo cum fũdamento prætendi possit, quod sint capti in mari territoriali dictæ ciuitatis Iuuenacen super illis dictus Reuerendissimus nil penitus prætendere potest. Et ex his hos pauperes piscatores ad neutram dictarum decimarum teneri respondendum supplicamus; & ex solita Iustitia, & benignitati Speramus.

Quare &c.

Iosephus Magnus.

Vt autem responsum aptum demum his thesi-
36 bus, quæ per Aduersarios (pondere minus expenso sanctuarij, ad Augustini sensum in *can. non afferamus* 21. 24. *q*. 1.) aduersus nos obiiciuntur: cogno-
37 scantque, quod Adagio fertur: *Cornutam bestiam petere*. iuxta Plautinum illud. *Cornutam bestiam petis*. de eo, qui lacessit eum, qui paratus sit se tueri, nec oppugnationi cedere. quò spectauit quoque Horatius in *Odis*, dicens.

Parata tollo cornua.

Principio id aduertendum erit, quod negare ipsi tentant, quasi verecundia perfundantur: In causa minus esse Principem Cellæmaris, asserentes, quin non inaniter hoc nos obiicere profiteantur. Cùm
38 Princeps ipse non clanculum, sed aperto Marte, suo, non alieno nomine in Regio Collaterali Consilio Neapolitano præces in supplici dato libello dederit, ipse institerit, ipse pulsauerit, suoq. nomine
39 hortatoriales litteras decerni fecerit: litéq. magnis expensis (quæ miserabiles piscatores; paupérieq. præssi, substinere minime possent) in Curia, nos ad opprimendum, substentans, solicitatoribus, procuratoribus, Aduocatis, Agentibus salaria, nec vulgaria, soluerit. Manifestissimum ergo hoc est argumentum: in causa ipsum esse, ipsumque agere; quod nos inaniter obijcere asseruere Aduersarij. Verùm subterfugere hoc minimè possunt, cum Principis nomine, contemplationeue agant. iuxta *Gloss. in cap. cum quis* 23. verbo *tuo nomine. de sentent. excomunicat. in* 6. ad *tex. in l. si filius familias* 23. quæ est secunda. vbi *Bart. ff. de donationibus causa mortis. Rota apud Card. Seraphin. decis.* 560. *num*. 1. & *decis*. 975. *num*. 2. & *in recentiorib. par*. 1. *tom*. 2. *decis*. 329. *nu*. 1.

&

& seq. & in Auellinen. vnionis 23. Iunii 1597. coram Gypsio apud Marchesan. decis. 47. num 2. par. prima, fol. 145. & per *Beltraminum* ad S. memoriæ *Gregor.*
40 *XV. decis. 331. num. 19.* Præterquam quod, sicuti, à posteriori saltim, effectus causam indicat, à qua procedit. ad *tex.* in *l. cancellauerat 2. ff. de his, quæ in testamento. delentur,* & *tex.* Innocentij Papæ ad Exuperium Tholosanum in *can. proposuisti 2. in prninc.*
" *dist. 82.* demonstrantis, ac dicentis. *Incontinentes*
" *fuisse quosdam; genitos filios prodidisse.* quasi effectus causam. *Bald. in l. nostram 30. nu. 1. vers. tu dic C. de testament. ordinand. & cons. 334. super eo, quod quæritur. paulò post princip. lib. 1. Ioannes de Amicis consil. 21. num. 2.* diximus *respons. nostra 23. num. 50. par. 1. Gramatic. voto 24. num. 9. Cæsar* Bartius *decis. Bononien. 70. num. 16. & 17.* & effectus à producente causa nomen accipit. secundum eundem *Bald. in l. 1. num. 4. C. de testamentar. tutela,* quem sequitur *Iacobus Thomingius dec.* Lipsiens. *20. n. 47. Bartol. in l. scio in summa ff. de annis legat. idem* Bald. *in l. 1. nu. 2. C. de*
42 *legatis. Casanate cons. 44. num. 37.* vt effectus ipsius magis, quàm nominum ratio habenda sit. ad *text. in l. non codicillum 14.* ibique notatur per *Iasonem num. 3. C. de testament. l. vbi ita donatur 27. ff. de donationib. causa mortis. cap. cum dilectus 2. de ordine cognit. Rota decis. 33. n. 14. de prabendis in antiquis. & in Romana dationis in solutum. 1587. coram Comitulo decis. 46. num. 6. post primum volum. cons. Farinac. Iacobus Thomingius decis. lipsien. 19. num. 19.* Peræque nec diuersimodè ex substenatione litis, & expensis, (quando instantiæ ipsius principis, & in Regio Collaterali Consilio Neapolitano, & apud sacram Congregationem immunitatis, non sat, superq.

puerq.essent) per ipsum nunc causam hanc agitari, manifestissimo indicio demostrabitur. Quod tandē, deprӕhensos se agnoscentes, in contradictorio coram prӕfato Eminentissimo Facchenetto, negare Aduersarii nec potuere, quin sponte faterentur. Nō itaq. inaniter nos id obiiecimus, vt Atleta Magnus aduersus pigmeos pugnans, suo indicauit furore. vt enim Lucretius lib. 10. cecinit:

„ *Nulla fides, pietasq. viris, qui castra sequuntur.*
„ *Venalesq. manus; ibi fas vbi maxima merces.*

43 Verùm luculentissime id ostenditur ex litteris ad eūdem principem per Iosephum Sorga Gubernatorem datis, Iuuenatio 7. Ianuarij 1645. & ex fidibus, & si eroneè, equiuoceq. mendicatis, per eundem transmissis, & in eadem sacra Congregatione productis. sic enim ille.

„ *Hò mandato in Bari, Molfetta, e* Bisceglia *per le fe-*
„ *di del fatto delli Marinari, si sono hauute solo da Ba-*
„ *ri, giache in Molfetta, e Bisceglia essigono tutte le festi*
„ *di prima. si mandano anco due altre fedi della Città, e*
„ *di Notare Marino, e fratello di Gregoriano, quali per*
„ *spatio di ventti anni seruirono Monsignor Masi, altro*
„ *non s'è possuto fare per seruire V.* E. *che è quanto oc-*
„ *corre in risposta della riceuuta per il corrēte ordinario.*
„ *& à V. E. fò humilissima riuerenza. Giouenazzo li* 7.
„ *di Gennaro* 1645.

Di V. E.

Humilissimo, & obligatissimo seruo
Gioseppe Sorga.

Princeps ergo est, qui agitat causam; non verò sunt pauperes piscatores. Sicut igitur in hoc erro-

nee

nec loquentes deprehensi sunt; cum subterfugere minime potuerint, ita & in reliquis deprehendentur, nobis pro Ecclesia nostra Sanctæ Mariæ rationem reddentibus, quamuis ipsi in multis nos accusent; & in supplici dato libello, & in informatione scripto in antecedentibus data, sed probare non poterunt: Quoniam, neque in legem, neque in tem-
44 plum, neq; in Regem quicquam peccauimus. Quẽadmodum olim Iudæi Paulum, Act. 25. 7. *Qui cum productus esset*, coram Festo apud Cæsaream, sedẽte illo pro tribunali) *circumsteterant eum, qui ab Ierosolyma descẽderant Iudæi, multas, & graues causas obiicientes, quas non poterant probare*, Paulo rõnem reddente. *Quoniã neq. in legem Iudæorum, neq. in templũ, neq. in Cæsarem quicquam peccaui.*

Et quidem iustè, vt quidam Poetarum dixit;
45 *Mentiens nemo celat alios multo tempore.*
46 Nam dimoueri, seu fluctuare, proprium est mendacii; sicut constantem, & firmum esse Veritatis. ita rationem reddit *Martinus del Rio* ex Illustrissima Iesu Societate eruditissimus ille vir in *adagialibus sacris tom. 1. Adagio* 114. ex libro numeror. *cap. 24. vers. 19. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.* in fin.
47 fol. mihi 114. Quam ob causam in *prouerbiis* 10. 4. Salomon dixit: *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autẽ ipse sequitur aues volantes.* Quod quidem duplici sensu accipi potest, vno sane, hominem mendacem pascere, hoc est alere ventos, sicut pastor gregem suum pascit: altero, vt pascat vẽtos, id est pascatur ventis, sicut oues pascunt herbam; & vtraq. expositio inutilem rem esse mendacium significat; quamuis prior textui magis concinere videatur, eo quod statim sequitur: *Idem autẽ ipse*

ipse sequitur aues volãtes. quod tàm inutile est quàm ventos, quasi gregem pascere; vti explicat *Basilius Viega in Apocalypsim cap. 14. commentar. 1. sect. 8. n. 2.* & sequitur idem *Martinus del Rio* in adagialibus sacris *tom. 1. adagio 167. fol. mihi 167.* vbi rationem reddit ex Iansenio; quia non assequitur id, quod mendacio assequi laborat, sine illum, vt vento, & auibus effugiente. Magis ergo ipsi nostri Aduersarii inaniter laborauerunt mendaciis nitentes, ventosque pascentes, volantesque aues sequentes, iuxta Persianum illud.

» *An passim sequeris coruos, testaque lutoque?*

Deinde verò in profundum disputationis de-
48 scendentes Aduersarii, & in illo aberrantes, vt in agro errantem inuenit vir Iosephum Iacob filium, fratres suos, oues pascentes, quærentem. *Genes. 37. 15.* Cùm in vasta decimarum materie disperdantur (vt quo animo erga Episcopum affecti sint, in-
49 dicio prodant non vulgari. Verbis enim in obstruso latens præcordiorum animus patescit; cum in hoc data sint homini. *Nam, quod sermo sonat, affectus* » *sentit, & quod os loquitur, mens interna fatetur*, vt ex Ambrosio *lib. de his, qui mysteriis initiantur cap. 8. & 9.* Gratianus nos docet in *can. re vera mirabilis est. 69. in fin. de consecrat. distinct. 2.* ibidemque *Gloss.* verbo *sermo* sequiturque apertiùs *Gloss.* in *can. diaconi sunt. 23. §. hinc propter.* verbo *accusantur dist. 93.*
50 ex ipso *tex.* qui est Hieronymi de septem ordinibus Ecclesiæ *cap. 5.* argumentum ducens: quod *sem-* » *per præsumitur, quod accusatio Episcoporũ fiat ex odio.*) Tribus datis rationibus, non teneri Piscatores ad decimam soluendam piscium, qui festis diebus, iam moderatis, capiuntur; satis strictè contra Episcopũ

51 se definisse putant. Vt olim S. Thomæ Doctori Angelico ad Ludouici Regis Galliarum mensam accumbenti accidit; qui cum mente (vt semper erat ad superna adstractus) cum Manicheis se disputare putaret, manu percutiens mensam: *Definitum est* (inquit) *contra hæresim Manichæorum.* (secta enim illa tunc vehementer vndique serpebat) accito nomine, socio, vt scriberet instabat, vt in cubiculo solebat, *surge* (ait) *& scribe.* Prior verò ei eadem in mensa adherens, sancti viri mores cognoscens, manu eum tangens: Magister Thoma (inquit) Regis ad mensam sedes, non ad Conuentus. In se ille reuersus: *Ignosce* (ait) *Domine mi Rex: Me nempe in Gymnasio Manichæos aduersum disputantem esse arbitrabar.* Admirans valde Rex, eum inter epulas extrà se ad cœlestia positum; accersito cancellario, vt ipso præsente, quæ sancto viro diuinitus inspirata fuerant, quàm primùm scriberet, mandauit. vti in actis eius apud Surium, aliosque habetur.

52 Prima itaque ratio est (sic verba sunt Aduersariorum.) *Quia decima portio dictæ piscationis, si solueretur tanquam decima spiritualis, prout ex Aduerso prætenditur, spectaret pro aliqua saltim parte ad Capitulum, & presbyteros curam animarum ibidem, vt supra, exercentes, non autem tota, & integra ad ipsum Episcopum, ad quem inspecto iure communi spectare potest, vel quarta pars tantum. iuxta decis. 31. num. 5. par. 2. diuers. Vel attenta consuetudine tertia pars, vel tres ex quatuor illius partibus, ad instar dictarum duarum decimarum. iuxta decis. 402. num. primo parte secunda recent. Vnde cum sacramenta administrantes nullam illius partem habeant, decima spiritualis dici non potest.*

Sup-

Supponit proinde hæc aduersariorum ratio, ex eo decimã hanc spiritualem non esse, quia & si Episcopo soluatur, nulla tñ ex illa pars, vel Capitulo, vel presbyteris curã animarũ exercẽtibus pẽditur. At deberent ipsi, quid spiritualis decima sit exponere, vel definire, vel à posteriori saltem describere, vt concludenter quidquàm inferre valerent. atque inter spiritualem, & prophanam decimam distinctionẽ adhibere. Alioquin affirmare eos oportebit, vel nullã decimam Episcopo solui, quæ spiritualis sit; vel Episcopum animarum curam nequaquam habere. Vtrumq. autem horum falsum est, & reprobum.

53 Primum quidem, quia, & si plane (simpliciter dicendo) Ius nullus sit Episcopo immediatè à laycis decimas exigendi, ex Innocentio tertio in *cap. cum contingat 29. de decimis.* hisce verbis loquente: quod cum perceptio decimarum ad Parochiales Ecclesias de iure communi pertineat. & *cap. cum in tua 30. in fin. eod. tit.* Panarmitan. *in cap. conquærente 16. nu. 2. in fin. vers. duodecimo habet de officio ordin.* quem sequitur *Rota in Caurien nullius dioecesis* 17. Iunij 1567. *coram Cantuccio. decis. 31. num. 1. & seq. part. 2. diuers.* ab Aduersarijs allegata, & minus rectè expensa. & apud *Card. Seraphin. decis.* 1449. *nu. 5. & 6. & in Placentina decimarum de Tuxillo* 15. *Nouembris 1621. coram Buratto decis. 572. num. 9. in impressis per eum. & in Nouarien decimarum* 7. *Maij* 1627. *coram Pirouano decis. 64. num. 2. 11. & 12. part. 5. in recentioribus.* *Gaspar Antonius Thesau. forens. part. 3. q. 86. nu. 3. Rota apud Simemor. Gregor. XV. decis. 519. num. 2. Moneta de decimis cap. 7. num. 15. & 16. Barbos. de officio Episcopi part. 3. allegat. 86. num. 34. in fin. & nu.*

54 31. secus tamen est, si intra nullius determinatæ Parochię fines prędia sita fuerint. Habet quippe tūc fundatum ius Episcopus immediatè quoq. à laycis decimas exigendi. *cap. quoniam* 13. *& ibid. Abb. num.*
55 2. *&* 4. *de decimis.* Rationemq. reddit. Quia tota dioecesis est sibi Parochia. *tex.* quoq. in *d. cap. cum contingat.* 29. *vbi Gloss.* verbo *de iure circa med. & in fin. tex. in cap. dudum* 31. *de decimis. Gloss. in can. ita nos syllacenorum* 25. §. *sed obijcitur* verbo *nulli*. 25. *q.* 2. *Rebuffus de decimis q.* 7. *nu.* 8. *&* 9. *Rota apud Coccinum decanum decis.* 254. *num.* 1. *& decis.* 485. *num.* 1. *Barbosa d. allegat.* 86. *num.* 36.

56 Mare autem nullius intra Parochiæ fines est adiacens. ad Episcopum iderico decima ex piscibus spectat, qui compræhenduntur. Quia illi vni tota
57 diœcesis Parochia est. Administrat proinde & Episcopus sacramenta ouibus suis, quia Pastor est. Pa-
58 sce oues meas. *Ioan.* 21. 18. & Parochorum omniū caput, & Princeps; quia Personam habet Christi, & Domini Vicarius est. *can. mulier* 19. *in fin.* 33. *q.* 5.

Reproba igitur, & omninò abijcienda, quin non anathematizāda consequentia illa Aduersariorum est, qua inferunt. „ *Vnde cum sacramenta administrantes nullam ipsius partem habeant, decima spiritualis dici non potest.* An quia fortasse putant animarum curam
59 & administrationem Episcopum non habere? Quod secundum ex duobus falsis ab eis admittendis, est,
60 quod reprobare nos oportet. At animæ totius plebis Episcopo sunt commissæ. vt Concilium decernit Antiochænum in *can. quacunque* 5. x. *q.* 1. Et animarum cura in Episcopi iudicio, & potestate permanet. verbis vt dicamus, nostrosq. doceamus Aduersarios Calixti Papæ in *can. nullus omnino* xi. *in fin.* 16 *q.* 7.

61 Qui

61 Qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem. docet nos hoc Gregorius Papa in *can.cognouimus.19.in fin.18.q.2.*

62 Ex Cura itaq. animarum, quam eminenter in omnes sibi subiectos obtinet Episcopus, qui animarum lucris intendere debet *can. canendum est* 7.10.*q*.3. decima ex piscibus quoq. qui comprahenduntur, debetur. Erit ergo spiritualis hæc decima, quod Aduersarijs ipsis in confesso est in eorum iam dicta, & si reproba, consequentia, vt cum rubore tandem incipiant nouissimum locum tenere, vera dicentibus illũ dantes, iuxta Domini ac Præceptoris Chri-
63 sti Seruatoris nostri Consilium *Luca* 14.9. Cũ nempè pro animarum cura, ac pro sua Pontificali Episcopo hæc soluatur decima, ad *tex.in cap.conquarente 16.de offic.*Iudic. *ordinar. Rota apud Cardinal. Caualer.decis.487.num.1.& decis.649.num.1.Rebuff. de decimis q.7.num.xi.* sequuta fuit Rota eadem *decis. 31.sub num.5. vers. & communis opinio part.2. diuers.* spiritualis vtiq. est, ex sentẽtia quoq. Aduersariorũ.

64 Et sanè, cum decimæ Deo soluantur omnia potenti, ob eius vniuersale Dominium, eiusq. nomine ministris eius, sacerdotibus, Parochis, Episcopis, Deusq. ipse spiritus sit, eosq. *qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare*, quemadmodum nos docuit ĩfallibilis, sũmaq. veritas Christus Dominus noster I*o*.4.24. Quæ vtiq. ei soluitur; eiusq. ministris decima, spiritualis erit. ad *tex.in cap.si annum* 3. aliàs *fin.* ibi: & aliis causis spiritualibus. *de iudic. lib.6. & ibid.* I*o.Monahus* verbo *& dependentibus. & Probus. n.7.vers.vt sunt Domini de Rota. Rota dec.2.de iudic. in nouis.* & secuta fuit in vna *Corduben. decimarũ de Lucena* 27.*Februarij* 1636. *coram Domino Coccino*

De-

Decano decis. 103.*num.* 20.*part.* 7.*recent.per* Ruheum.
66 Quia nimirum ex ipsa sola oblatione Deo facta, res sacra efficitur, eique sacratur, ac consequenter spiritualis euadit. *can. & dixit Dominus* 26. *de consecrat. distinct.* 2. *Gloss. in cap. quanto* 3. verbo *connexa, per eundem text. de iudiciis extrà. & in can. si quis pulsatus* 13.*in Gloss.* 1.*in fin. de pænit. dist.* 1.*l. qua religiosis* 44. *ff. de rei vendicat.* regulam statuens ibi vniuersalem Paulus Iure Consultus; Quę
67 religiosis adhærent, religiosa efficiuntur. Firmissimam propositionem hanc reddidit, non quiuis ex sapientibus; sed sapientia increata Iesus filius Dei *Matth.* 23.16. Docens quippè ille scribas, & Pharisæos, qui cæci cum esset, nec, quod bonum est, viderent, & in tenebris ambularent, cumque ipsi Doctores essent, alios ducebant, minabant, præci-
68 pitabant: Cæcus autem si cœco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. *Matth.* 15. 14. & ex Gratiano *can. quod quidam* 97.§.*quod vt planè* 1.*q.*1. quo loco *Gloss.* verbo *cęco* carmen hoc distichon refert.

„ *Si cęcus cœcum conetur ducere secum,*
„ *In foueam ductor primum cadit, inde secutor.*

& ex Gregorio Gratianus *can. inter verba* 55.*in fin.* 11.*q.*3.*& can. quæ ipsis* 5.*in fi. dist.* 38. sic illos alloquitur, sic admonet amantissimus pater, sic carpit
„ iustissimus Iudex. *Væ vobis, duces cæci* (inquiens) *qui*
„ *dicitis, quicumque iurauerit per templum nihil est; qui*
„ *autem iurauerit in auro templi debet. Stulti, & cæci,*
„ *quid enim maius est, aurum, an templum, quod sancti-*
„ *ficat aurum? Et quicumque iurauerit in altari nihil*
„ *est: quicumque autem iurauerit in dono, quod est super*
„ *illud, debet. Cæci; quid enim maius est, donum, an alta-*
„ *re, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari,*

iurat

„ *iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt: & qui-*
„ *cumq; iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo, qui ha-*
„ *bitat in ipso: & qui iurat in cælo, iurat in throno Dei,*
„ *& in eo, qui sedet super eum.* Ita Sapientia increata. Ex
Deo igitur, qui sanctificat omnia, sanctum quid di-
69 citur, quod ei offertur, eique debetur. Decimæ ve-
ro Deo debentur, Deo offeruntur, eique soluũtur,
inque templo eius, eiusque ministris in debitam
eorum substentationem. Dignus est enim opera-
rius mercede sua. *Lucæ* 10.7. hoc est; cibo suo. *Mat-
thæi.* 10.10. *&* 1. *ad Corinth.* 9.10. *& seq.* Sunt ergo
sanctæ. Nam sanctæ sunt, sicut ipse sanctus est, cui
70 debentur, pendẽturue. Sancti.n. eritis, sicut & ego
sanctus sum. (*Leuit.* 11.44. *&* 45. & *cap.* 19.2. *&* 20.
7. *&* 26. 1. *Pẽtri* 1.) dixit Dominus Deus noster. &
rationem ipsemet reddit: *Deuteron.* 7. 6. & 26. 19.
Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. *d. can.
proposuisti* 2. *dist.* 82. spirituales propterea. Quia ipse
spiritus est, vt diximus, & qui adheret Deo vnus
71 spiritus est cum eo 1. *ad Corint.* 6. 17. Cæcorũ igi-
tur titulo iure cohonestantur, nec iniuria, qui deci-
mas presbyteris, alijsq; sacerdotibus curam haben-
tibus animarum debitas, spirituales quidem appel-
lant; Episcopis verò debitas, quæ supra presbyte-
ros, sacerdotesque sunt, atque presbyteros, sacer-
dotesque consecrant, initianturue negant, *Sacrum
Tridentinum Concilium sess.* 23. *cap.* 4. *de Sacramen-*
72 *to ordinis*. Et quidem ita spiritualis res, deci-
mæ sunt, vt iure illæ diuino statutæ sint (saltim,
vt sic, & vt indeterminatè debentur;) vt configere
Deum dicatur, qui decimas non soluerit, ex Mala-
„ chia Propheta *cap.* 3. verbis illis: *Si affiget homo*
„ *Deum; quia vos configitis me: & dixistis, in quo*

con-

„ *configimus te? In decimis, & primitiys.* Explicat ibidem Hieronymus in commẽtariis, relatus à Gratiano in *can. reuertimini ad me. 65. 16. q. 1.* Atq. Augustinus *serm. 219. de tempore.* eodem ab Gratiano relatus *can. decimæ 66. ead. 16. q. 1.* & *can. iubemus 16.*
63 *q. 3.* Quia profectò decimæ non ab homine, sed ab ipso Domino sunt institutæ; vnde quasi debitum exigi possunt. vt Alexander loquitur tertius; rationem & ipse reddens. *cap. parochianos. 14. de decimis.* & Innocentius in *cap. in quibusdã. 32. §. ille quippe de decimis extrà. Gloss.* quoque ibidem & *cap. tua. 25. & cap. tua nobis. 26. eod. tit.* pariq. modo Clemens V. in Concilio viennensi in *clement. dispendiosam. 2. de Iudiciis.* Sacrum quoque Tridentinum Concilium *sess. 25. cap. 12. de reformat. S. Thomas* Doctor Angelicus *2. 2. q. 87. art. 1. in corpor. & quodlibet. 2. q. 3. art. 8. Alexander de Ales. in summa. part. 3. quæst. 51. in primo, & 3. membro. Nauar. cons. 2. lib. 3. de decimis, & in man. cap. 21. num. 28. Ioan. Lupus tract. de libertat. Eccles. q. 3. num. 3. Ioan. Azorius institut. moralium par. 1. lib. 7. cap. 33. q. 4. & seq. Marius Antoninus variarum resolut. lib. 1. resolut. 48. num. 11. & resolut. 77. sub nu. 3. vers. quin imo. Bonacin. tom. 2. de legibus disput. vltima de quinque præceptis Ecclesiæ q. 5. punct. 1. in 2. proposit. num. 3.* pluraque deduximus in nostro *Apologetico* pro iuribus Ecclesiæ, in hac ipsa re, *num. 226.* in superioribus.

74 Estque pręceptum hoc, decimas pendendi affirmatiuum, continens tamen negatiuum, quatenus prohibet, ne non soluantur, vt post Doctorem Angelicum, qui de Domino, omnia bene scripsit. 2. 2. *q. 33. art. 2. in corpor.* sequuta fuit *Rota apud Coccinũ Decanum decis. 372. nu. 1. & 6. Cardin. Toletus instruction.*

ction. sacerdot. lib. 6. cap. 20. nu. 1. & seq.

75 Hanc fit proinde ob causam, vt decimas non soluentes, illasque retinentes sacrilego se furto maculent, Iudæue proditori, ac furi satis iustè comparētur, vt *Gloss. aduertit*, nec ineptè in *c. causa Carpensis* 13. verbo *sacrilegus de verbor. significat.* ex Augustino *d. can. decimæ 66. §. benefacere 16. q. 1.*

76 Nec iniuria tarthareo quoque fune per excommunicationem pessimè ligentur, Orcoue addicantur, ni resipuerint soluendo. *can. statuimus* 55. *& d. can. reuertimini 65. 16. q. 1. & can. decimas 47. ead. causa, & q. cap. peruenit 5. cap. nuncios 6. & cap. in quibusdam 32. in fin. de decimis d. clement. dispendiosam 2. de iudic.* sacrosancta Tridentina synodus *d. cap. 12. sess. 25.* diximus in *d.* nostro *Apologetico num.* 227.

77 Sacrilegium verò sacræ rei irreuerentia est, ac violatio. *can. sacrilegium* 3. ibidemque *Gloss. 1. 17. q. 4. S. Thomas 2. 2. q. 99. art. 1. & 3. Syluester sum.* verbo *sacrilegium nu. 1.*

78 Iurè proinde, quin iustè, quin sanctè excomunicationis resti subiicitur, qui sacris iniuriam facit; quin magis Deo ter optimo maximo, cui sacra dicta, factaque sunt. Quia actio temeraria est. Nicholaus Papa loquitur *can. de rebus* 22. 12. *q.* 2. decreuitque Bonifacius Papa *can. nulli liceat 3. 12. q. 2. S. Thom. d. q. 99. art. 4.* diximus in d. nostro *Apologetico* pro Affidatis nostræ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ

79 *respons. 2. num. 24. & 25.* Spirituales ergo res decimæ sunt, quia Deo debitæ, ac sacræ, siue Capitulo, siue Presbyteris, siue, multoque magis, Episcopis, qui Principes sunt populorum, pendantur. *Bonacina disput. vlt. q. 5. punct. 1. num. 2. de praceptis ecclesiæ tom. 2. Marius Antoninus d. resolut. 48. num. 11. Moneta*

ta de decimis cap.8. num.1. cum seq. Perperam ergo, quin non maxima cum diuina iniuria, Aduersarii nostri, Decimam ex piscatione Episcopis debitam, quin non magis Deo, cuius ministri sunt, inter spi-
80 ritualia agnoscunt minime. Nunquid non maria Domini Dei sunt? Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in ea *psalm.23. cap. tua nobis 26. de decimis. can. quo iure 1. dist.8. can. in Ecclesiastico 14. & can. vbicumque 26. 13.q.2.* Et ipse Dominns congregationes aquarum
81 appellauit maria. *Genes.*1.10. Et legẽ posuit aquis,
,, ne transirent fines suos *Prouerb.*8.29. Circundedit
,, illud terminis, & posuit vectem, & ostia: Et dixit:
,, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic
,, confringes tumentes fluctus tuos. *Iob* 38.10. Mare
82 igitur Domini Dei est. Ex piscibus ergo decima iurè etiam meritissimo ei soluitur, sicuti de omnibus aliis, vniuersali rerum omnium Domino, & Conditori. quod declarauit Alexander Tertius in *cap. peruenit ad nos 5. de decimis extra.* quo de prouentibus piscariarum decimas deberi, inter alias res meminit Cantuariensi Archiepiscopo mandãs, sub excommunicationis districtione hos quoque compellere, qui ex piscariarum fructibus decimas soluere detrectant, & hac sequitur sententiam *Rebuffus de decimis q.8. nu.10. Ioan. Azor. institut. moral. par.1. lib.7. cap.35. q.9. Moneta de decim. cap.4. nu. 20.* retulimusque in d. nostro *Apologet. nu.*284. Nec suffragium fert illis, quo vtuntur, effugium, de iure tertij excipientes; quod non tota decima ex pisci-
77 bus ad Episcopum spectaret, si spiritualis esset, sed ad Capitulum quoque, & Presbyteros, qui sacramenta administrant, portio deberetur. Quid enim

cômune ipsis cum Presbiteris, & Capitulo Eccle-
83 siæ Iuuenacen, vt corpus à capite (Episcopo videlicet) diuidant? argumento *tex.* in *can. nulla ratione* 8. *dist.* 93. *&* *can. cum Beatus Apostolus* 8. *dist.* 45. & tradita per Bonifacium de Vitalinis in *clement.* 1. §. *adhuc. num.* 24. *de præbend. Triuis. decis.* 18. *num.* 10. *par.* 1. *Alzedus in praxi Episcopor. cap.* 9. *nu.* 39. 40. *&* 57. *&* *cap.* 10. *nu.* 2.

84 Exceptio autem iuris tertij, cùm exclusiua illa non sit intentionis actoris, nequaquam admittitur *l.* 2. vbi *Gloss. C. de iure emphiteotico. l. loci corpus* 4. §. *competit ff. si seruitus vendicetur* ex ratione, quam Vlnianus ibi in fine refert, dicens: „ *Quantum enim* „ *ad eum pertinet, liberas ædes habeo.* Quantum ergo ad eos pertinet, liberam nos quoque decimarum possessionem habemus, vt nihil de iure Capituli dicere valeant, ne decimam soluant piscatores. ad *tex.* in *l.* 1. *&* 2. vbi *Gloss. &* Bart. *ff. si ager vectigalis. Rota in vna Veneta donationis* 7. *Nouembris* 1614. *coram* Buratto *decis.* 4. *num.* 20. *per Zacchiam ad Gallesium de obligat. Camerali, & apud S. memor. Gregor. XV. decis.* 415. *num.* 3. *&* 4. *&* *ibidem* Beltramin. *nu.* 6. *&* *decis.* 473. *num.* 15. *et decis.* 582. *num.* 7. *apud Card. Caualer. decis.* 253. *num.* 4. *et* 5. *et in Romana vineæ coram Orano decis.* 127. *num.* 3. *post primum volum. consil. Farinac.* Neque enim hæc facit exceptio, nè ad decimarum ex piscibus solutionem Episcopo, qui in possessione est exigendi, piscatores teneantur, etiam diebus festis ex Vrbana Constitutione moderatis, vt infra ostendemus; quòd ex vana iuris tertii obiectione, decimam hanc non spiritualem, sed futili ratione ex dictis, prophanam arguere voluerint.

Secunda vero, qua nostri ratione mouentur Aduersarii, ne decimam hanc Episcopo soluant pi-
85 scatores diebus festis ex Vrbana constitutione mo-
„ deratis ea est. *Quia cum decima piscationis, quæ fit in*
„ *mari, personalis sit, si illa solueretur tanquam spiritua-*
„ *lis, nulla ex aduerso excogitari poterit causa subsistens,*
„ *ob quam illa debita ex causa administrationis sacra-*
„ *mentorum, debeatur ex artificio dicta piscationis solùm,*
„ *& dumtaxat, et non ab exercentibus alia artificia, qui-*
„ *bus eadem sacramenta coæqualiter in eadem Ciuitate*
„ *administrantur.*

Truncamus autem; præscindimusque exurgens
86 secundum hoc hydræ caput. Tum, quod hæc ipsa, quæ ex piscatione decima debetur, non merè personalis est, sed ad personalem magis accedit, quam ad prædialem, vt sequitur post alios *Rebuffus de decimis d.q.8.nu.10. Capicius decis.20.num.4. & Gregorius à Cabedo decis.54. num.7.par.2.* Bonucin. *d.q.5. punct.2.num.1.*

87 Quamuis quasi prædialem eam appellet *Gloss.* in *cap. licet 3.* verbo *Ecclesiis de decimis.* diximus in d. nostro *Apologet.num.291. et sequent.* Quia nimirum pisces ipsi, qui capiuntur in piscatione, fructus sunt, vt infra perpendemus.

Deinde, quia ita consuetudo inuexit in omnibus illis Ciuitatibus, totaque Prouincia Bareo, atque in aliis quoquè Prouinciis illius plagæ Maris
88 Adriatici. Standum verò in hac re consuetudini erit, iam canescenti, quin non capulari. iuxta id quod Alexander Tertius decreuit in *cap. cum sint homines 18.* ibique etiam *Gloss.* verbo *ad consuetudi-*
„ *nem de decim.* dicens: *Nota, quod in decimis persoluen-*
„ *dis consuetudo attenditur.* Et Lucius Tertius Strigo-

nienfi

niensi Archiepiscopo scribens in *cap. ad apostolicæ* 20. *de decimis. Rota apud Cardin. Caualer. decis.*73. *num.*2.*et seq.et decis.*95.*per totam, et decis.*356. *num.* 1.*et* 2.*in ead.causa:et apud Card.Manticam deci.*341. *num.*8.*Marius Anton.resolut.*77.*num.*9. *lib.*1.

Præterea, quia non ex hoc sequitur, quod alii fortasse personales non soluant decimas(quæ sanè decima ex se ipsa spiritualis est,quia Deo soluitur; eiusque ministris, vt in superioribus ostendimus) quin, quam soluunt ex piscibus decimam piscato-
89 res,spiritualis & ipsa sit.non enim ideo argumentum soluitur, quod inconueniens allegetur, vt ex Vlpani sensu in *l. is, qui reus* 5.*de publicis iudiciis.* eiusdemque argumenti est *tex.in can. neganda est* 1.3.*q.*11.*et Glo.in can.quid aũt* 23.verbo *cõuinere* 8. *q.*1. ex eodemmet *tex.* qui est Ambrosiii in increpatione ad populum.Quid enim si alij non soluũt, quia ita tenentur? Numquid non propterea spiritualis hæc erit decima,quæ Deo penditur,eiusque
90 nomine Episcopis? Et nihilominus certissimum, indubitatumque est, ab aliis omnibus, ex omnibus, quæ introducuntur, & extrahuntur, ab exteris quoque ex Dogana,decimam solui Episcopo,& Capitulo:huic quidem vnam partem;Episcopo vero tres.quemadmodum & ex nece animaliũ, quæ vulgo dicitur, nuncupaturue (*Dello scannaggio*) decima Episcopo soluitur,atque Capitulo, vt ex priuilegijs dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ab antecessoribus Regibus concessis, latissime patet,
91 quæ nos ad calcem nostrorum synodalium constitutionum prælo præssorum, pariter imprimi curauimus;& pro quibus tuendis ad exilium vsque la-
92 boramus, quasi male operantes, sed verbum Dei

non

non est colligatum. vt sensu, verbisque vtamur Apostoli 2.*ad Timothæum* 2.9. Aliquin idem ipsum erga nostros Aduersarios stringeret argumentum, quod nulla esset ratio, cur alij ex omnibus, ex Dogana, decimam Episcopo soluerent, piscatores verò minimè penderent. Cum ipsi nec melioris esse conditionis debeant; nec ex alio, quàm ex fructibus (piscibus videlicet) quos prændunt, decimam soluant Episcopo. non ex artificio propterea, absolutè sumpto, decimam soluunt, sed ex fructibus (piscibus videlicet, quos præhēdunt) decimam soluūt; nam si nihil præhenderint, non vtique soluent. Quod non aduertisse in causa fuit, vt tot disparata Aduersarii commenti fuerint. Erit ergo mixta
93 magis, quàm simpliciter personalis, hæc decima. Si.n. ipsi in capturam non ierint pisciū, retesque iactauerint, & ad terram traxerint; pisces non vtique comprehendent, neque decimam soluent. Idcirco, nec ab re, hoc præcepto *Gloss.* in *d. cap. licet*. 3. verbo. *Ecclesiis. de decimis*, decimam, quæ ex piscibus debetur, quasi prædialem nuncupauit, non omnino prædialem, neque simpliciter personalem, & sequitur *Bonacina, d. q. 5. punct. 3. num. 1. et 3.*

94 Vnde in sancta Visitatione per Illustrissimum tunc Dominum Episcopum Ioannem de Britianis, anno 1553. qui multò ante tempore nos indignissimum tanta dignitate præiuit, quæ exigitur ex omnibus decima, sequenti serie registrata legitur.

„ *Item de Decima fundaci, et Dogana inuenit spe-*
„ *ctare prædicta Mensæ Episcopali de quatuor partibus*
„ *tres, quia quarta pars spectat ad Capitulum Maioris*
„ *Ecclesiæ.*
„ *Item de Decima scandagij spectant ad dictam men-*
„ *sam*

„ *ſam Epiſcopalem de tribus partibus duæ, quia tertia*
„ *pars ſpectat ad Capitulum prædictum.*
„ *Item inuenit, quod ſpectat ad dictam menſam Epi-*
„ *ſcopalem Decima de piſcatione, quæ fit diebus feſtiuis.*

Veruntamen, vt eorum confeſſione magis con-
uingamus, eos, digitumque ſupponanamus ori ip-
ſorum, vt obmuteſcant, nec obmuſſitent amplius.
95 Sic enim miſticè locum illum. (Numer. 19. 15.)
„ *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam de-*
„ *ſuper, immundum erit.* exaudit *Martinus del Rio in*
„ *Adagialibus ſacris tom.2 adagio* 440. in locum illum
96 Eccleſiaſt. 28. 29. *Ori tuo facias oſtia, et ſeras in fi.*
Quod os, prudentia, ac temperantia conſilij ſit fræ-
„ nandum. iuxta illud Iob. 30. 11. *Et frænum poſuit in*
„ *os meum.* quo loco ſic S. Gregorius *Boni viri fræno*
„ *conſilij refrænant præcipitationem verbi.* Propterea
97 Sanctus Rex ſpaltes *Pſal.* 140. 3. Orabat Dominum
„ *Pone* (dicens) *Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium cir-*
„ *cunſtantiæ labijs meis.* Periculoſus enim, iuxta *S. Hi-*
„ *larij verba* in illum locum) linguæ, & promptiſſi-
„ mus lapſus eſt, & ex eo maledictum, periurium,
„ mendacium, obtrectatio motu facili, & aditu po-
„ tenti offeruntur. proinde oſtium, & ſeram ori iuſſit
„ apponi, ne eſſet facilis egreſſus. & apud Græcos
98 de multiloquis adagium erat. *Os ſine oſtio.* Non
ſine conſilio idcirco dixit quidam.

„ *Viri forma ex verbis deprahenditur.*

Non ne ipſi ſunt, qui in ſupplici libello Eminē-
tiſſimis Patribus aduerſum nos porrecto, in ſupe-
rioribus ad verbum relato, confeſſione profitentur
ſpontanea, nullo exquirente, ſola conſcientiæ ſyn-
deresi extimulante: Ab immemorabili tempore,
cuius memoria hominum in contrarium non eſt,

die-

diebus festiuis, ad piscandum semper accessisse;
,, nulla eis facta facultate ad id: *Con pagare alli Ve-*
,, *scoui pro tempore la decima parte del pesce preso, e cosi*
,, *s'è osseruato quietamente da tanto tempo, che non v'è*
memoria d'huomo in contrario?

Si hoc igitur confitentur ipsi,& verum asserunt: Cur(quæso te)recedere nunc volunt à tam inueterata consuetudine? quæ seruanda est,vt diximus.

99 Ex eorum, ergo confessione in sua possessione exigendi decimam ex piscibus, etiam pro diebus festis à Constitutione Vrbana moderatis,manutenendus erit Episcopus,in qua reperitur.ad *tex.in* §. *retinenda,et* §.*hodie,institut.de interdict.l.*1.§.*interdictum autem ff. uti possidet. Ripa in cap. cum Ecclesia sutrina num.* 53.*et seq. de causa possession. et propriet. Rota apud Coccinum Decanum decis.*46.*et decis.* 261. *num.*1. *in fin.et decis.* 478.*num.* 1.*et apud s. memor. Gregor* XV.*decis.*582.*num.*1.*et in recent part.*2.*tom.* 2.*decis.*591. *num.* 1.*et apud Daranum* Episcopum Vrgellen.*decis.*274.*nu.*1.*part.*2. diximus *respons.nostra* 63.*num* 1.*et sequent.part.*3. & in nostro Apologetico *respons.*2. *nu.*89.

Succedit demum, & tertia ratio, qua nostri mouentur aduersarij, vt decimam hanc, sacramentalem non esse adstruant, Nosq; insurgente tertio hydræ capite, quasi veneno infectos, interimant.

100 Sic dicentes. *Tertio quia cum dictæ piscationis deci-*
,, *ma sit restricta ad dies festos tantum, nullo cum fun-*
,, *damento prætendi potest sacramentalis, cum ista debea-*
,, *tur omni tempore, & hoc motiuum, quod ex aduerso sup-*
,, *ponitur Achilles nostrorum fundamentorum, non est*
,, *meum sed Abbatis mox citandi.*

At præscindimus, & hoc tertium exurgens ve-

ne-

nenatum hydræ caput, ne nos:

„ *Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra sæuior.* „
Interimat. vt ex *Virgilio 6. Aeneid.* non illepidè „
deducimus. „

Non equidem rectè inferunt Aduersarij; diebus festis tantum soluitur. non ergo omni tempore soluitur. non est ergo sacramentalis. quo inferendi modo, rectè se Aristotelicas argumentandi regulas callere, in palàm deducunt. Non enim à tempore decima pendet. Et consequentia vniuersaliter infert, & absolutè per negatiuam; præmissa verò stat restrictè, diebus festis tantum soluitur, vt consequentia deberet esse. ergo aliquo soluitur tempore. dum festis diebus soluitur, quod ipsi non inficias eunt. argumentaremur equidem à non distributo ad distributum, quod vitiosum est. vt ex Aristotile logici docent, præsertim verò in consequentia. Negatiua quippe illa (*non*) tenet se ex parte prædicati (*soluitur*) vnde stat restrictiuè, & resoluitur: non soluitur omni tempore. ergo aliquo soluitur tempore, quia diebus festis soluitur. Consequentia verò illa stat absolutè, atque distributiuè. *ergo non est sacramentalis*. hoc est, nullo tempore, neque isto, neque isto, neque isto, &c. sacramentalis est. vitiosè proinde. Consuetudine quippè immemorabili (vt ipsis inconfesso est; vt asserant, non negent, & pro primario fundamento stabiliant in dato supplici libello) cuius in contrarium memoria hominum non apparet, factum est, ne omnibus diebus hæc ipsa piscium decima debeatur. Seruanda propterea vti lex: iuxta *Gloss. in cap. dilecti filij* 4. verbo *consuetudinem de arbitris. d. cap. ad Apostolica* 20. *in fin. de decimis*, quo loco Lucius Tertius Stri-

gonienſi Archiepiſcopo reſcribens percipit, dicẽs:
„ *Quoniam à diuerſis conſuetudo tenetur. Tu eligas in*
„ *hoc caſu*, (decimarum ſcilicet) *quod per conſuetudinẽ*
„ *diu obtentam ibidem noueris obſeruatum*. quo etiam argumenti genere *Gloſſ.* vtitur in *can. quod dictis* 14.
102 *alias fin.* verbo *regionibus diſt.* 16. potiſſimum verò, quod nullum ex huius conſuetudinis obſeruãtia ſcandalum oriatur, iuxta S. Doctoris Angelici doctrinam 2.2.*q*.43.*art*.8.*ad quintum*, ibidemque *Caietan. Filin. in cap. nihil de præſcript. Marcus Anton. Genuenſ. Montis Marani Epiſcopus in manuali paſtorum cap.*5.*nu.*2.*in fin.* diximus *d. noſtro Apologetico num.*302.*cum ſeq. & num.*309. *Marius Antonin. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 77. *num.* 9. *& ſeq.* Bonacina *d. q.* 5. *punct.* 3. *nu.* 1. *Rota apud Caualer. d. deciſ.* 73.
103 *&* 95. *& d. deciſ.* 356. *nu.* 2. Ex accidenti eſt ergo, quod non omnibus diebus decima hæc piſcium exigatur, ſoluaturque, conſuetudine hoc faciente, & permittente. Inepta eſt ergo Aduerſariorum cõſequentia, quin magis ineptum conſequens. Ergo non eſt ſacramentalis. quid enim cum tempore eſſe ſacramentalem: quando conſuetudine factum eſt, vt illis diebus feſtis tantummodo ſoluatur? non ergo ex tempore ſequitur, decimam ſacramentalem eſſe, vel non eſſe. alioquin illo tantum tempore ſolui deberet, quo ſacramenta adminiſtrantur; hoc autem ex accidenti prouenit. At hoc maxima eorum pietate fecerunt.

qui manibus magnum reſcindere cęlum
Agreſſi, ſuperiſque Iouem detrudere regnis.

Putare. Virgilianis verbis, vt eos conuingamus. Deberet namque fieri, vt omnibus diebus ſolueretur decima ex piſcibus; ſed non penditur diebus om-

omnibus, quia consuetudine inductum est illis partibus, atque in omnibus illius Prouinciæ Episcopatibus, vt decima piscium diebus festis soluatur.
104 Ex accidenti est igitur. Non propterea substantiam mutare valet rei, ne decima hæc sacramentalis sit, atque propterea spiritualis. ad *tex. in l. naturalem 5. §. apum ff. de acquirendo rerum domin. Royas de hæretic. part. 2. assert. 8. num. 160. in fin.* sequutaque fuit Rota in *Viterbien Castrorum 9. Decembris 1620. coram Cardin. Sacrato.* relata nouissime per per Rubeum in *residuo 5. part. recentiorum decis. 418.*
105 *nu. 6.* Et quid si nihil solueretur, & nihilominus sacramenta populis administranda essent? soluuntur tamen decimæ in ministrorum Dei, & Ecclesiæ substentationem, vt dictum est. non ergo cum toto Catholichismo hi sentiunt qui sic loquuntur. Cognationem fortasse cum Simone habent, à quo simonia *Actuum* 8.18. quod velint sine pretio sacramenta non dari. Fortasſis sic ipsi facerent. Et decima vt sic, vt dicit aliquam partem non definitam, necessariam tamen ad ministrorum Dei, Ecclesiæq; substentationem, de iure debetur diuino: vt verò dicit partem aliquam determinatam, præfinitam, atque taxatam, certo tempore soluendam, vel etiam consuetudine; ex iure descendit Ecclesiastico, vt optime perpendit *Bonacina d. disput. vltima quæst. 5.*
106 *punct. 1. nu. 3.* alios referens. Vtroque autem modo perpensa decima, siue definita (siue certo tempore, siue indefinito) sed omni tempore soluatur, spiritualis semper est, & sacramentalis; quia pro substentatione ministrorum Dei, & vt sacramenta ministrare valeant soluitur. Cum dignus sit operarius mercede sua, suoque cibo. vt Christus Domi-

nus nos docuit *Matth.* 10. *& Luca* 10. & in superioribus quoque deduximus. quia ius ipsum spirituale est. *Marius Antonin. d. resolut.* 48. *num.* 11. *Bonacina ubi supra.*

Malè proinde, ac perperam, quin non pessimè consequentiam intulere Aduersarii: non omnibus diebus soluitur. non est idcirco sacramentalis. Neque eorum adiuuat falsam illationem, quod eã doctrina Abbatis firmam reddere tentant, atque
167 vanè conantur. *Non* enim *omnium est adhire Corinthum*, vt in adagiis habetur: Et quidem Abbatis verba in *d. cap. licet* 3. *de ferijs sub num.* 5. quæ ipsi etiam retulere Aduersarij, sic sonant.

168 „ *Nam si fiat captura non in diebus feriatis, debetur decima personalis, sicut de venatione; & tamen nihil tunc dicitur de Ecclesiis circumpositis: ergo non loquitur de decimis; cum illæ omni tempore sint soluendæ Ecclesiæ.* ita Abb.

Non percepere equidem Abbatis sensum nostri Aduersarij; proinde pro se eum attulere, cum pro nobis esset. Quam ob causam, vt consueuere, malè decernentes, neque scripturas scrutantes, pessimè inde duo illa intulere corollaria dicentes: „ *Ex isto ratiocinio duo colliguntur, quæ intentionem piscatorum optimè firmant* (pessimè dixissent aptiùs) „ *Primum, quod non est decima spiritualis, personalis illa, quæ non soluitur Ecclesiæ omni tempore, vt supra diximus. Et alterum, quòd in illis locis, in quibus hæc decima semper, & omni tempore soluitur quando piscatur in diebus festiuis, vltra illam soluitur etiam alia portio.*

Et sane primum illud corollarium, neq; Abbas innuit, nec ex illius verbis inferri vllo potest pa-

cto, quod scilicet non sit spiritualis illa decima, quæ non omni tempore Ecclesiæ soluitur. Neque enim (*per somniam*) vt prouerbio dicitur hoc abbas
109 inferre voluit. Ipse porrò, cùm interminis staret dicti *capit. licet* 3. Alexandri tertij *de ferijs.* illudque commento illustraret: sub *num.* 5. (quem retulere Aduersarij; non benè expendere) de portione illa loquens, quæ ex Alexandri præfati indulgentia, Aleciarum tempore, quando illæ ad terram se inclinauerint, Ecclesijs soluitur circumpositis, siue
,, Christi Pauperibus; sic infert. *Fit ergo ista largitas,*
,, *vltra decimam debitam Ecclesiæ* Parochiali, *& fit in-*
,, *tuitu eleemosynæ, & in recompensationem huius indul-*
,, *gentiæ.* Subnectit deinde rationem reddens:
,, *Nam si fit captura non in diebus feriatis, nihilomi-*
,, *nus debetur decima personalis; & tamen nihil tunc di-*
,, *cit de Ecclesijs circumpositis.* (Consequentiam inferens, contrariam Aduersariorum nostrorum corol-
,, lario.) *Ergo non loquitur de decimis, cum illæ omni*
,, *tempore sint soluendæ Ecclesiæ.*

Vnde ergo (Bone Deus) ex verbis præfatis Abbatis inferre potuere aduersarij, non esse decimam spiritualem illam, quæ non omni tempore soluitur
110 Ecclesiæ? Cùm ille portionem illam, quam ex indulgentia piscandi diebus illis soluunt piscatores, non decimam, sed largitatem nuncupet; atque eleemosynæ intuitu fieri asserat: quin inferat in consequentia raciocinij (quod appellant scitè satis aduersarij,) Alexandrum tertium in dicto capitulo
,, (*licet*) non loqui de decimis: *Cum illæ* (dicens, ra-
,, tionemque reddens) *omni tempore sint soluendæ Ec-*
,, *clesiæ.* Namque portio illa, atque largitas, non omni tempore, neque in omnibus diebus festis, sed

illo

illo dumtaxat tempore datur, cum Aleciæ se terræ inclinauerint, & illi piscatum iuerint. Si ergo in dicto *cap. licet.* Alexander Papa, (vt ex contextu luculentissimè deducitur, ac lucente sole, & ex Abbatis commentu) de decimis non loquitur: Quonā pacto potuere aduersarij inde deducere, atque corollarium inferre: quod non est decima spiritualis, personalis illa, quæ non soluitur Ecclesiæ omni
111 tempore? Nisi dixeris; Apes ex floribus mel, vespas verò venenum elicere. Illæ nempè ex Vergilio.

„ *Purissima mella*
„ *Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.*

Non sic vero Vespæ, quæ mella non instruunt. „ vnde *Ecclesiastici* 21.3. habetur. *Breuis in uolatilibus* „ *apis est & initium dulcoris habet fructus illius.* Non sic verò vespæ, quæ fructus nullos habent, sed venenatos aculeos, quibus feriant; quibus interimant, Iure propterea Saphus dixit:

Neq; mihi mel, neq; apes.

Quia mella apes, non vespæ proferunt. Non ergo, mel erit, si apes non fuerint.

112 In hilum itaque præcipiti ruina cadit quicquid dicere conati fuerè ex *tex*; in *d. cap. licet* 3. Alexandri 3. *de ferijs*: non esse decimam hanc, quæ nobis ex piscibus soluitur, spiritualem, neque sacramentalem, quod non omni tempore soluatur. Et certè illud (*omni tempore*) quod *Abbas* de decimis loquēs accepit; ad dissidium, differentiamque dixit portionis illius, quando Aleciæ se terræ inclinauerint, quæ sanè decima non est, quia nimirum in illo dūtaxat casu soluitur.

113 Decima verò, siue personalis, siue prædialis, si-

ue etiam mixta fuerit,vt post alios distinguit *Bonacina d.q.5.puncto 2.num.1. & seq.* omni tempore soluitur, quamuis non omni soluatur die;quia neq. quotidie fructus colligent, neq. quotidie piscatum
114 ibunt.vt stetur proinde locorum consuetudini.ad *tex. in can. Ecclesias.1.13.q.1. cap. pastoralis 9. de ijs. quæ fiunt à Prelat.cap.cum sint 18.& cap.ad Apostolica 20. de decimis. Bonacina d.q.5. punct.3. num.1.ex Suarez, Azor. Valent. & aliis.* Nullo itaq. pacto ex hoc Aduersariorum corollario intentio fundatur
115 piscatorum. Quemadmodum neq. ex secundo corollario.Quod nihil officit.Si diebus illis,quibus ex Alexandri Tertij indulgentia, (cum se terræ Aleciæ inclinauerint) portio illa circumpositis Ecclesijs,vel Christi pauperibus fit,nihilominus ad decimam Parochialibus, vel Episcopo debitam teneantur;quia hæc omni tempore est soluenda;illa verò in casu illo dumtaxat. Nec plane mirum videri debet; quia (vti in relatione, quam dedimus asseruimus)nihil comune hæc decima habet, cum portione, illa quæ eleemosynæ ergò Ecclesijs circumpositis, vel Christi pauperibus penditur. Et hæc genuina verborum Abbatis exauditio est. Erroneè ergò; sed non benè, nostri loquuti sunt Aduersarij. Neque celare se poterunt, quin prodan-
116 tur. Duo sunt enim,quæ celari non possunt, Vinum, & amor,quæ duo oculis,& oratione produntur. vti apud Antiphanem Græcum legitur (apud *Martinum del Rio in Adagialibus sacris tom.2.adag. 159.in fin.fol.mihi 159.)*

" *celare Pheidia.*
" *Exceptis duobus omnino possit quispiam;*
" *Nimirum vinū,si quis abibit,& amore si correptus sit.*

" *Oculi*

„ *Oculi quidem ambo illa prorsus indicant,*
„ *Atque etiam oratio, vt qui negant,*
„ *Illis potissimum signis innotescant plurimum.*

Quo igitur affectu Episcopum erga nostri sint Aduersarij, eorum oratione, & scriptura innotescit
117 plurimùm. Amauere proinde periurij nos titulo cohonestare, quod dixerimus: Vtile negotium pro piscatoribus gessisse, diebus festis tantummodo decimam ex piscibus exigendo, non omnibus die-
„ bus: *Quia si percipere potuit* (dicentes) *& non perce-*
„ *pit, pessimè, & damnosissimè se gessit; tam pro piscato-*
„ *ribus, quos in pœnis spiritualibus contra non soluentes*
„ *decimas de iure inflictis, insordescere fecit: Quam con-*
„ *tra propriam Ecclesiam, cui tale præiudicium contra*
„ *formam iuramenti in illius adeptione præstiti inferre*
„ *non potuit, neque debuit.*

118 Et sanè negotium satis vtile nos gessimus pro piscatoribus, non omnibus diebus exigendo, sed festis dumtaxat; non, vt gratiam illis præstaremus, quod nec poteramus, nec debebamus; sed quia Cõsuetudine ita inueterata, ne aliter ageremus reten-
119 ti fuimus. stare proinde ei tenebamur, vt tenemur; quemadmodum in tota illa Prouincia, quin & plaga maris Adriatici omnes alii Illustrissimi Episcopi stant: nec quidquam innouaremus, vnde scandali materiam laicis, *qui parati sunt suscitare leuiatan* (verbis vt vtamur Sancti *Iob.* 3.8.) pararemus, iuxta Vrbani Secundi Consilium in *can. congregato.* 2. 16. *q.* 7. *& Sancti Doctoris* doctrinam 2.2. *q.* 43. *art.* 8. *ad* 5. & ibidem *Caietan.* & in superioribus
120 meminimus. Debuimus ergo & nos seruare, quod alios Illustriss. Episcopos viciniores obseruare noscebamus. Vt *Gloss.* non ab re vtamur argu-

mento

mento, quo illa vtitur in *can. quod dictis 14. verbo regionibus dist. 16.* Quod omnes alii faciunt (in-
„ quientis)ergo & tu obseruabis. Quod omnes ergo
„ alij faciunt Episcopi, & nos facere debueramus, atque debuimus, ne nos sapientiores illis videremur.
contra Pauli præceptum ad Romanos 12. 16. *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.*

121 Nullam proinde causam piscatoribus, censuris vt vincirentur, præbuimus: cum stare consuetudini teneremur; & propter eam in nullam illi dabant cēsuram, quia in nullum dabāt voluntate peccatum; quod nullum esse potest volūtate libera non præeunte. Quia non nisi voluntate peccatur, Augustinus vt loquitur *can. non fidelibus 5. in fi. 32. quæstione quinta, & eadem causa, & quæst. can. sicut enim* 10.
„ ex Chrisostomo dicente. Peccatum sine voluntate
„ opus non facit. & ex Ambrosio *can. non est.* 10. 15. *q.*
„ 1. Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate deflexe-
„ rit. Namq. peccatum omne ex voluntate nascitur.
123 *can. illæ autem* 14. 32. *q.* 5. qui est Leonis Papæ. Et vsq. adeo peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit peccatum si non voluntarium. ex Augustin. *lib. de vera religione cap.* 14. sequiturq. Gratianus in *sum.* 15. *q.* 1. §. *cui sententiæ illud Augustini.* & S. *Thom.* 2. 2. *q.* 108 *art.* 4. *sed contra, &* 1. 2. *q.* 6. *art.* 4. & ex iuris consultis docentibus; voluntate, & pro-
124 posito maleficia distingui, atq. dignosci. Vlpianus lib. 39. ad edictum in *l. qui iniuriæ causa.* 55. *in princ. de furt. & in l. item. Mela xi.* & Paulus in *l. si putator.* 31. *ff. ad legem Aquiliā. l. filia* 10. *C. de donation. propter nuptias l.* 1. *C. ad legem Corneliā de sicariis.* canonizata in *can. frater vester.* 47. *dist.* 50. dicēs ad rē no-

V u strum.

„ strã. Crimen enim contrahitur si voluntas nocendi
„ intercedat *cap. cũ volumtate. 53. de sentent. excommunicat. cap. significasti* 18. §. *nos in præmissis. de homic.* diximus *respons. nostra 9. num. 8. part. 1.* Non peccando proinde; nec in censuras dabant. vt recẽs hic
125 magnus noster Theologus perbellè infert. *Quænam res accidit filio Cis? numquid & Saul inter prophetas?* (primo Regum. 10. xi) admirantes dicebant, qui Saulem nouerant ab heri, & nudius tertius, quod esset cũ prophetis, & prophetaret An & *Anser inter olores*: & *Gracculus inter musas?* At satis concinnè in Adagiis admonemur. *Ne sutor vltra crepidam.*
126 Propterea nos ne in periurium daremus, (cum non semel, quin bis sacramento protestati fuerimus ad Episcopale munus euecti, iura tueri Ecclesiæ ad *tex. in cap. ego N. 4. de iure iurand.*) id agimus, vt decimam hanc ex piscibus Ecclesiæ nostræ S. Mariæ diebus festis debitam, sarctatectam seruemus, neq. occupari permittamus. Quod Aduersarij nostri obluctantur, & nos quasi apes persequuntur. iuxta
127 Dauidicum illud psalm. 117. 12. *Circundederunt*
„ *me sicut apes; & exarserunt sicut ignis in spinis.*
128 Sed referunt, qui de rebus scribunt naturalibus, apes, cum quemquam persequuntur, vt aculeo vulnerent; ipso infixo, & amisso, emori. quod notauit, vt
„ solet eruditè, P. *Martinus del Rio* Adagialium sa-
„ crorum *tom. 1. adagio. 122.* sicut solent apes persequi *ex libro deutoronomii. cap. 1.* Nec poteramus, quemadmodum nec possumus, iustitiæ limites prætetire. Nam, & si die diebus omnibus decima ex piscibus debeatur, sicuti de omnibus alijs prouenti-
126 bus, vt disposuit Alexander tertius in *cap. peruenit ad nos. 5. de decimis extra.* & Innocentius tertius

He,

Heliensi Episcopo scribens in *cap. pastoralis 28. eod. tit.* & diximus alia referentes in d. nostro *Apologetico num. 282. cum seq.* Cum consuetudine tam canapiscatoreres præcripserint, decimas ex piscibus, diebus dumtaxat festis, soluendi; quod vtique fieri potuit: Cum decima quò ad præfinitam taxam vel
130 bonorum, vel temporis, à iure proueniat Ecclesiastico, ac positiuo, vt diximus. & est *Gloss. in cap. à nobis 24. verbo exemptos.* & ibid. *Abb. & Hostiens. de decim. argumento tex. in can. possessiones 61. 16. q. 1. S. Thom. 2. 2. q. 47. art. 1. in corpor. in fin.* diximusque plures referentes *respons.* nostra 58. *num. 43. ad 48. par. 4. Bonacina d. q. 5. punct. 5. proposit. 3. num. 4. Ioannes Trulleneh. moralium tom. 2. lib. 3. de præscript. soluendi decimas dubio 1. nu. 4. 5. 6. & 7.* Et nos aduersus eos diebus omnibus festis illam exigendi pari modo præscripserimus. Ni iustitiæ fines transgredi appetiuissemus, aliis diebus, quàm festis, illam exi-
131 gere non poteramus; contra iustitiam proinde egissemus, si præstitutos terminos præterire tentassemus, quos posuere patres nostri; ni maledicto quoque nos obuoluere amauissemus, quod ne fieret prohibuit olim Dominus *Deuteron. 27. 17.* & *Prouerbior. 22. 28. can. nullus alterius 1. in fin. 9. q. 2. can. in legibus sæculi 10. 12. q. 2. can. Ecclesias singulas 1. 13. q. 1. can. inter memoratos 6. 16. q. 3.* Et præcepit Leo Vrbis Romæ Episcopus *can. si quis Episcopus 31 in fin. 7. q. 1.* sic affatus: "*Suis igitur terminis contentus sit quisq; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.*"
132 At iustitia quod suum est cuique tribuit, dispertiturque *l. iustitia 10. ff. de iustitia, & iure §. ideo lex, in proemio ad decretal. cap. ex ore 17. in princ. de priuileg. S. Thom. 2. 2. q. 58. ar. 11.* ex illo Pauli ad Roman.

,, 13.7. *Reddite ergo omnibus debita; cui tributum, tribu-*
,, *tum; cui vectigal, vectigal; cui timorem timorem; cui*
,, *honorem, honorem.* perpendimusque *respons.* nostra
16. *num.* 45. *&* 46. *par.* 3. Quoniam iustus Dominus,
& iustitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.
133 *psalm.* 10. 8. Non illepidè propterea Veteres, Iu-
stitiam Virgineo habitu fingebant; & Astræam vo-
cauere poetæ; quòd illa Iudicibus (quasi spadoni-
bus, commissa, inuiolata esse debeat: & ita illam
seruare, vt nec ipsi violent, nec à quoquam violari
patiantur. Debere idcirco illos erga Iustitiam esse
instar spadonum: quia sicut his natura: sic illis di-
uinæ, & humanæ leges, violationem hanc, interdi-
cunt. Iudices verò à quibus iustitia deintegratur,
134 stupri pœna dignissimos esse. Hinc sanè *Cicero*
de Iudicibus loquens, qui iustitiam peruertunt; hos
Iudicium constuprare, dixit, quia iustitiam, Virginem
illam pulcherrimam, violant. & adnotauit satis eru
ditè *Martinus del Rio* in adagialibus sacris *tomo* 2.
135 ,, *adagio* 406. ex Eccles. cap. 20. vers. 2. *Concupi-*
,, *scentia spadonis deuirginabit virginem.* fol. 530. Te-
136 mistius verò, cùm ad Philosophiæ capessendum
studium sequaces suos adhortaretur, inde maximi
emolumenti, ac necessariam ad scientiam haurien-
dam, Phisicam asserebat; quòd ex illa quantopere
Iustitiæ eluceret virtus manifestè eruebatur: Ipsa
137 quippe media, vnumquodque elementum, ordi-
nem à natura præstitutum, conseruat, nec eum
prætergreditur. Cecinit iurè proinde de iustitia
Claudianus de consolat. Manlij The. loquens.

,, *Tu prima hominem syluestribus antris*
,, *Elicis, & fœdo detergis squalida victu.*
,, *Te propter colimus leges, animosq. ferarum*

Exui

,, *Exuimus; nitidis quiſquis te ſenſibus hauſit,*
,, *Irruet intrepidus flammis; hyberna ſecabit*
,, *Aequora, conſertos hoſtes ſuperabit inermis.*
,, *Ille vel Aethiopum plauijs ſolabitur æſtus,*
,, *Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer.*

Debuimus proinde, vt iura tueri Eccleſiæ noſtræ S.Mariæ, atq. diebus feſtis decimam ex piſcibus exigere; ita iuſtitia nos temperare, ne taxatam temporis metam tranſgrederemur; ſed præſtitutum à conſuetudine ordinem teneremus, illumq.ne prætergrederemus; loca timentes, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *Iob.x.22.* Nam vt *Cicero* pro Milone dixit.

138 ,, *Poenam ſemper ante oculos verſari putent, qui*
,, *peccarint.* Eſt enim qui quærat, & iudicet *Io.*8.50. & in tarthara peccantes præcipitet. quæ loca Ver-
139 gilius *6.Aeneidos.*ſic deſcribit.

,, *Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſſima Regna,*
,, *Caſtigatq. auditq. dolos, ſubigitq. fateri,*
,, *Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani*
,, *Diſtulit in ſeram comiſſa piacula mortem.*

Hæc autem non aduertiſſe, in cauſa fuere, ne ſe Aduerſarij noſtri temperarent, nos inſectandi: ſed meminerint, quod Senec. Traged.1.protulit.

Vt fert fama: Impios ſupplicia vinculis
Sæua perpetuis domant.

Quodque dixit Ouid. 5.Triſt.

140 ,, *Plus valet humanis viribus ira Dei.*

Interiiſſe hydram, immane hoc monſtrum, tribus exectis capitibus, putabamus; ſed ecce rediuiua nouo exurgit capite. Præſcindamus propter hoc illud oportet. Non exaturati Aduerſarii, quartam intorſere rationem, qua probent; ſpiritualem hanc pi-

piſcium decimam haud eſſe. Probant autem ſic,
141 dicentes. *Quarto quia ſi dicta portio ſolueretur pro*
,, *decima perſonali, intuitu adminiſtrationis ſacramentorum, ſolui deberet in fine anni Gloſſ.&c.non autem in*
,, *ipſiſmet diebus factæ piſcationis, prout dietim iſta, de quo agitur.*

142 Perbella ſatis argumentatio, & quæ Ariſtotelis lucernam, ſcholamq. redolet. Sic igitur formatur ſophiſma. Decima, quæ perſonalis eſt, in fine ſoluitur anni. hæc decima piſcium dietim ſoluitur, non in fine anni. ſpiritualis ergo minime eſt.

143 Abnuimus porrò conſequens, ac conſequentiam pariter, quia diſparata. Non.n.ſequitur decima perſonalis ſoluitur in fine anni. ergo hæc ſpiritualis nō eſt. magis aũt inferret, ergo perſonalis non eſt. nullã quippe cõnexionẽ cũ ſpirituali habet quòd in fine ſoluitur anni: neque à priori, neque à poſteriori: non à priori, quia de eſſentia eius non eſt, neque definitio, neque pars difinitionis; non à poſteriori, quia effectus cauſæ nõ eſt. Nõ.n.ſolutio in fine anni cauſa eſt ſpiritualis qualitatis, neq; effectus eiuſdem. neque conſequentia iure procedit; cùm bonæ conſequentię regulæ minime ſeruentur. Præter quàm quòd neque maior vniuerſim firma eſt: Nam *Gloſſam* quam ipſi referunt in *can.reuertimini* 65. verbo *annus expletus eſt*.16.*q*.1. vel non legerunt, vel minus iuſtè, ſanctuarij pondere, expenderunt. Verba itaque *Gloſſ.* ſequentia ſunt: *Non tamen finis anni*
,, *ſpectandus eſt, vt tunc decimæ præſtentur, ſed præſtan-*
,, *dæ ſunt cum fructus colliguntur.* Allegat *Gloſſa* diſpo-
,, ſitionem. Alexandri Tertij in *cap. cum homines*.7. *de*
145 ,, *decimis.* qui Exonien Epiſcopo ſequentibus
,, ſcribit: *Mandamus, quatenus eos cogatis, vt decimam*

ſtatim

statim fructibus collectis persoluant. non itaque *Gloss.* hoc infert, ad quod ipsi retulerunt eam; quin magis contrarium, & pro nobis.

146 Quin imo strictim *Gloss.* ipsa de personalibus præcisè decimis soluendis verba faciens, sequentia ,, loquitur. *In Personalibus tamen decimis, posset dici* ,, *quod in fine danda sunt, propter lucra minima*, sic Gloss. Ex qua duo eruuntur: vnum, quòd non absolutè *Gloss.* loquatur, sed dubitatiuè, *posset dici*: alterũ quod exaudienda erit *Gloss.* in terminis, in quibus loquitur, si lucra sint minuta, & hoc ipsum etiam dubitatiuè, per verbum, *posset dici*. Non ergo infertur id, quod Aduersarij ipsi, fortasse (*per somnium*) inferri putauere. Quemadmodum olim Iudæi, cum milites, quos ad Christi sepulchrum custodiendum Pilati facultate adhibuerant, resurrexisse Iesum, ,, triduò ante Cruci affixum, nunciassent; *Consilio ac-* ,, *cepto pecuniã copiosam dederunt militibus, dicentes: Di-* ,, *cite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt* ,, *eum vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à* ,, *Præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.* ,, Matth. 28. 13. quem locum S. Augustinus in *plasm.* ,, 63. *vers.* 7. elucidans sic loquitur. *Quid est quod di-* ,, *xisti O infoelix astutia. Tantum ne deseris lucem consi-* ,, *lii pietatis, & in profunda versutia demergeris, vt hoc* ,, *dicas: Dicite quia vobis dormienti-bus venerunt disci-* ,, *puli eius, & abstulerunt eum. Dormientes testes ad-* ,, *hibes: Verè tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defe-* ,, *cisti*: ita Augustinus:

An non obdormierunt nostri Aduersarij, qu Glossam pro se actulere, quæ, quod ipsi volunt, minime loquitur? Vere talia scrutando defecerunt

Nam

148 Nam piscatores, ex piscibus, quos præhendunt, decimam Episcopo soluunt: illi enim fructus sunt, & ex fructibus, quæ soluitur decima, spiritualis extimatur *cap. Nuncios.6. & cap. non est.22. de decimis.* dixit *Rota in Ispalen decimarum 2. Martij 1635. corā Card. Verospio decis.22. num.18. part.7. in recentiorib. per Rubeum.*

Quando itaque fructus percipiuntur, tunc debet solui decima, ex Alexandri 3. dispositione *d. cap. cum homines, 7. de decim.*) non in fine anni, ne, qui in aquis ligneo calamo scribere consueuere, libros nunc conficere cogantur, vt in rationes referant, quæ dietim ex piscibus excepere, & quæ in decimas ce-
149 dat portio. Ratio autem à priori, cur decima hæc ex piscibus (siue personalis dicatur, siue magis mista) spiritualis dicatur & sit, est, quia Deo debetur, eiusq. ministris, & Deo santificatur, vt in superioribus ostēdimus; & Ius est quodam spirituale, vt puta
150 fundatum titulo spirituali, vt inquit *Bonacina d. q.5. punct.5. in 3. proposit. num.5. vers. Ratio est. Marius Antonius d. resolut.48. num. xi. Moneta de decim d. cap.8. num.1.* non quia dietim, vel in fine soluitur anni, quod externū quid est, & accessorium. Et quid si quod in fine deberet solui, ante quis soluat, numquid ne solutioni ipsi præiudicabit, ne solutio
151 sit, quod anticipatè solutum est? Quin imo maior est gratia, quia bis soluere dicitur, qui anticipato soluit tempore. *§. fideiussores in fin. institut. de fideiussorib. § plus autem Institution. de actionib. l. si cui 12. §. fin. & ibid. Gloss. ff. de verbor. significat. Rota apud S. memor. Gregor. XV. decis.65. num.3.* Et quid (quæso) spiritualitatis in hoc dignosci valet, quod vel in fine soluatur anni, vel dietim? quid enim momenta cum

spi-

spiritu? spirituales autem decimæ dicuntur; non quia nocte; vel diu soluantur; neque Verè, Autunno, Aestate, vel Hiemæ, vel in fine, vel in principio anni; sed quia Deo, eiusque soluuntur ministris, vt in superioribus diximus. Ne tempora obseruare videamur, & non res sacras, quod sane vetitum est. *can. non licet. 13. cum sequentibus & can. non obseruetis. 16. & can. sequenti. 26. q. 7.*

Nos autem, (ex ipsorum met Aduersariorum confessione in supplici libello) in possessione sumus, etiam inueterata, decimas exigendi ex piscibus, qui comprehenduntur diebus festis, vel introducuntur. In ea igitur manutenendi sumus; vt in superioribus quoque probauimus. Quæ verò ipsi nunc deducunt, petentes acclamates, vociferantes;
152 petitorium respiciunt. Si quod est ergo in Viro crimen, accusent eum? vt de Paulo Iudæis Festus Romanorum Præses respondit. *Actuum* 25. 5. Petitorium proinde tentent: nam pro nobis rationem
153 reddemus: Cum nihil interim comune habeat petitorium cum possessorio. *l. naturaliter* 12. §. *nihil comune ff. de acquirenda possess. Rota apud Puteum decis.* 166. *num.* 3. *lib.* 1. impressionis Romanæ nouissimæ. & apud *Coccinum decis.* 378. *num.* 9. diximus *respons.* nostra 42. *num.* 41. *par.* 3. ni magis ipsi amauerint, vt singulis diebus (sicuti deberetur) decimas exigamus; quod libẽter ipsis annuimus, vt gratiam cum ipsis ineamus.

Cui plane confessioni accedit quoque descriptio in sancta Visitatione anno 1553. per Illustrissimum tunc temporis Ioannem Britianum facta, quam in superioribus ad verbum retulimus, qui de Decima loquitur formali, vt ipsimet Aduersarij de

eadem decima profitentur, confitentur, non abnuũt. A dictæ verò Sanctæ Visitationis tempore duo supra nonagesimum effluxere anni, & nullus vnquã ex piscatoribus obloquuntus fuit, nullus, nec sibilauit quidem, neque obmussitauit, sicuti neque Vicinarum vrbium quisquam loquitur, neque conquæritur, in consuetudine perseuerantes ita peruetusta. Vnus hic est Princeps vir (*Magno coniunctus Atlanti*) qui vt bellum aduersus Episcopum excitaret, hunc mouit per magnum lapidem, quem sane reuoluemus.

„ *Si mihi cum Magno non sit comunis* Achille
bellum.

vt Ouid. 13. metamorph. dixit. At si hæc ipsa causa omnibus aliis Illustrissimis Episcopis huius plagæ maris Adriatici communis est: Cur (quæso te) non ipsi in hoc iudicium euocantur? vt comunis causa
155 comuni iudicio terminetur. Ita enim ipsi, sicut & nos, interesse habent considerabile. ad *tex. in l. cum Artemidoram* 4. *C. ut in possessionem legatorum. l. de vnoquoque* 47. *ff. de indic. Rota apud Card. Canaler. decis.* 328. *num.* 2. *&* *decis.* 432. *num.* 3. *& apud Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 254. *num.* 4. *&* 6. *par.* 2. *Cacheran. Osaschi Dominus decis.* 157. *nu.* 3. *&* 14. Poterunt fortasse, & ipsi potiores, validioresque afferre rationes, quibus hãc esse formalem decimam euidentiùs, luculentiùsque producãt, probentque.
156 Neque à iustitia alienum hoc videri debet Eminentissimis Patribus, qui sententiam laturi sunt: Quando cuncta oporteat Iudicem rimari, priusquã sententiam proferat. ad *tex. in l. Iudices* 9. *C. de iudic. can. iudicantem* 11. 30. *quæst.* 1. *can. eorum, qui* 76. *& can. non solum* 77. 11. *q.* 4. *cap. cum* Ioannes 10. §. *verũ.*
de

de fide instrument. *Gloss. in can. graue* 7. verbo *quia*
157 *veritas* 35.*q*.9. Alioquin ad veritatem nusquam Iudex perueniet. vt Chrisostomus protestatur in *can. occidit* 14. *in fin*.23.*q*.8. sequiturque *Glos. in d. can. graue* 7. verbo *in Luce* 35. *q*. 9. & dixit noster *Maranta* Proauus *cons*.34. *in princip*. Et hoc ipsum supplici, humilique præcatione ab ipsis Eminentissimis Patribus poposcimus.

Eiusdem quoque farinæ est,& aliud argumentũ, quo, satis acri iudicio, vt morale est illis, nostri
158 vtuntur Aduersarij: *quod solui hæc decima deberet*
„ *deductis sumptibus cimbarum, retium, & aliarum expensarum pro ipsa piscatione necessariarum. Vnde cum in illius solutione non expectetur annus; nec habeatur ratio dictarum expensarum, eo minus pratendi potest, quod soluatur tanquam decima spiritualis personalis*. Firmam reddere tentant hanc eorum perbellamrationem ex *Gloss. in cap. Apostolicus. & in cap. non est, & in cap. pastoralis de decimis*.

Sed næniæ sunt hæc omnia anicularum. Quid enim comune ad spiritualitatem, quod non extrahantur expensæ. præsertim cimbarum. Et sat fuisset semel cimbarum extractas expensas fuisse, & ab initio. Deinde, quod reprobum, quin non omninò
159 falsum vniuersim, eorum est assumptum. Aliud enim est, de merè personalibus decimis loqui, ex quibus expensæ detrahuntur, quia nimirum solum lucrum decimatur; & lucrum dicitur deductis expensis *cap. pastoralis* 28. mox infra referendum. & ibid. *Gloss.* verbo *quasi de lucro. de decimis*. aliud ve-
160 rò de prædialibus, & mistis, quæ ex fructu, non ex mero lucro soluuntur, ex quibus nullæ detrahuntur expensæ, vti *Nauarrus* ab Aduersarijs rela-

tus, male verò expensus, *Man. d. cap. 21. num. 31.* loquitur, alijque Doctores etiam, & *Suarez* ab ipsis Aduersariis malè exauditus.: nec non *Bonacina*, qui alios quoque refert *d. q. 5. punct. 3. proposit. 3.*
161 *num. 18.* Piscatores verò ex piscibus, quos prændunt, decimas soluunt, atque proinde ex fructibus, non ex mero lucro; vt est in simpliciter, & absolutè personalibus. Quemadmodum apertissimè hoc innuit, nec sanè in tenebris Alexander Tertius in citato superius *tex. in cap. peruenit ad nos 5. de decimis:* in quo de prouentibus, & piscariarum fructibus decimas deberi decernit. fructus itaque, & prouentus, pisces vocauit, quos præhendunt piscatores, nō
162 lucrum. Non extrahuntur propterea expensæ, vt, non rectè (quin peruersè) nostri volunt Aduersarij; sed luculentissimis decreuit verbis Innocentius Tertius in allegato ab Aduersariis *tex. in d. cap. pastoralis 28. de decimis.* Verba afferamus proinde præfati Innocentii Heliensi Episcopo respondentis, dicentisque.

» *Explicari postulasti vtrum quis possit, de molendinis, & piscarijs necessarias expensas deducere priusquam soluat decimas ex eisdē, sicut est in negotiatione concessum: Ad quod respondemus quod licet circa res acquisitas, vel factas de pecunia decimata cum ipse venduntur credamus deducendas expensas, & de residuo quasi de lucro, decimas persoluendas; vt si vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut qualibet merces: Expensas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis, ex illis, de quibus fructus proueniunt, non credimus deducendas, etiam si fuerint decimatæ: quoniam salua decima fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas. Fructus autem ipsos alienari posse non cre*

dimus,

" *dimus, nisi cum onere decimarum. Nec pro restauran-*
" *do detrimento quantumlibet rerum, ex quibus decimæ*
" *persoluuntur, credimus deducendas expensas de prouen-*
" *tibus decimandis: quia pœnes dominum res permanent*
" *restauratæ; vt si pars aliqua moriatur armenti, dete-*
" *rioretur vinea, portio mercedis depereat, vel totus cli-*
" *banus destruatur.* hæc respondit Innocentius. Nihil minus igitur, vt ex hoc textu propositionem educere valuerint Aduersarii, eorumque perbellam firmare assertionem; decimam hanc piscium solui debere deductis sumptibus cimbarum, retium, & aliarum expensarum. Cum Heliensis Episcopi petitio de molendinis, & piscariis fuerit; & respondens Pontifex cathegoricè, nec prouerbium aliquod dicens, non educendas, dixerit. Quia pisces in fructu sunt. Neque *Glos.* quam ipsi allegant in *d. d. cap. ad apostolicæ* 20. (non vero apostolicus) verbo *personales de decimis*. hoc ipsum dicit, ad quod ipsi
163 allegant. Sic nempe Glos. *Hic ergo patet, quod deci-*
" *mæ personales semper dandæ sunt, vbi quis percipit ec-*
" *clesiastica sacramenta, sic supra de paroch. cap. vlt. Et*
164 *dicuntur personales decimæ, quæ potius contemplatio-*
" *ne personæ soluuntur, vtputa de negotiatione, artificio,*
" *& militia 19. q. 1. decimæ, & infra eodem non est, &*
" *& cap. pastoralis. de quibus expensæ ante solutionem*
" *decimarum deducendæ sunt, vt in cap. pastoralis.* sic Gloss. Vnde ergo habent ipsi, qui allegant *Gloss.* hanc, vt firment, debere piscatores educere expensas cimbarum, retium, & aliarum expensarum? nisi quod neque textum, neque Glossam legerunt, magis autem transcripserunt, & minus expenderant, à quo mutuati sunt non iusti ponderis pecu-
165 niam. vt obiici nec iniuria possit eis, quod Domi-

nus Deus per *Isaiam* 1.22. Iudæ, & Ierusalem olim
„ exprobrauit. *Argentum tuum versum est in scoriam,*
„ *Vinum tuum mistum est aqua.* Iureque dicere valeamus *Iuuenalis* illud.
166 *Hæc ego non credam Venusina digna lucerna.*
non enim *Lucernam olent.* vt in prouerbiis de De-
167 mostene olim dictum fuit. Neque *Gloss. in cap. non est. 22. in Gloss. final.* verbo *antequam deductis expensis de decimis.* pro ipsis facit, sicuti ipsam referunt.
„ sequentibus nempe illa: *Hoc verum est in prædiali-*
„ *bus decimis* (quod scilicet expensæ non deducātur)
„ *vt supra cap. proximo, & infra eod. cap. sua nobis. Secus*
„ *in personalibus. vt infra eod. cap. pastoralis.* hæc sunt Gloss. verba, quæ vtique exaudienda erant secundum tex. quem allegat in *d. cap. pastoralis.* 28. paulo ante ad verbum per nos relatum. de lucro videlicet, non de fructibus, vt *tex.* loquitur Innocentii, negatiuè etiam respondentis de molendinis, & piscariis; concinens cum Alexandro etiam III. in *d. cap. peruenit ad nos* 5. qui de prouentibus molendinorum, & piscariarum, etiam verba facit, & decimas de iis cum integritate soluendas esse præcipit. vti Cælestinus Tertius in ipsomet *tex.* in *d. cap. non est* 22. *de decimis* apertissimè docet. & ipsamet *Gloss.* de decimis personalibus verba facit. in ipsis igitur standum. Conquassatam itaque arūdinem quæsierunt Aduersarii, cui propaginem hanc assertio-
168 nis eorum imponant: illa autem ruinam fecit. *Rupta ancora*, siue crada, vt in adagiis habetur. decidant oportet, ac risum & ipsi moueant.

169 Hydram secuimus, vt prouerbio fertur: Vnde nunc nouum insurgit caput, nouoque sophisma-
170 te nos oppugnat Aduersarii? *Quia* (inquientes)

si

„ si *solueretur pro dicta decima spiritualis*, *vltra illam*
„ *solui etiam deberet alia portio intuitu transgressionis*
„ *pracepti* (Sabatha sanctifices) *ordinata in capitulo*
„ *licet de feriis*. Verum quidnam mirum hoc illis vi-
171 detur? Cum nihil comune hæc portio cum decima formali habeat, vt in superioribus, doctrinam interpretantes Abbatis, quam hoc loco ipsi retulere, non in tenebris, ostendimus.

172 Quod autem illis maxime obstat, est; quod æxistimant, portionem illam solui intuitu transgressionis præcepti (*Sabatha sanctifices*) ordinata in *cap. licet de feriis*. In quo duo sunt animaduertenda, nec leuiter. Vnum, quod supponunt, sacro illo canone portionem illam imponi soluendam ex præcepto. Alterum, quod portio illa soluatur propter transgressionem præcepti, *Sabatha sanctifices*. quasi pretio venum dare Summus Pontifex, festorum dierũ obseruantiam videatur. Quod vtrũque falsum est, ac reprobum, ac sanè execrandum.

173 Et quidem primum. Quia Alexander Tertius *d. cap. licet 3. de feriis* nullum dat præceptum, sed ex necessitate indulget; sic enim ille:

„ *Indulgemus* (inquiens) *vt liceat Parochianis ve-*
„ *stris. Diebus Dominicis, & aliis festis, (præterquam in*
„ *maioribus anni solemnitatibus) si alecia terræ se incli-*
„ *nauerint, eorum captioni, ingruente necessitate, inten-*
„ *dere: ita quod post factam capturam Ecclesiis circumpo-*
„ *sitis, & Christi pauperibus congruam faciant portio-*
„ *nem*. ita Alexander. Nullum proinde imponit præceptum; sed sicut ex necessitate indulget, *Ingruente necessitate*, vt liceat illis aleciarum captioni intendere: ita consilium pariter dat, quòd *post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus*

con-

congruam faciant portionem. Neque hoc sine euidenti ratione; vt qui diebus illis ex piscatione commodum sentiunt, faciant etiam Ecclesias, & Christi pauperes commodum percipere per datam illam indeterminatam, sed aliquo modo congruam portionem, & eleemosinam: nec si non congrua daretur, nullam haberet proportionem ad factam capturam; possentque piscatores minimam aliquam, & quasi insensibilem partem assignare, quæ nullam proportionem ad factam capturam haberet, vt hominum auaritia suadere posset. & propter hanc causam, non sine ratione, Alexander Papa præmisit, vt *vt post factam capturam.* portionem illam circumpo-
174 sitis Ecclesiis, & Christi pauperibus facerent. Vt sicut Deus ad capienda alecia liberalem, benignūque se exhibuerit, ita ipsi erga Ecclesias, & Christi pauperes. vti *Tobias* 4.8. filium suum docuit. *Quo-*
„ *modo potueris*, (dicens) *ita esto misericors. Si multum*
„ *tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit,*
„ *etiam exiguum libenter impertiri stude.* & Glos. fin. d.
„ cap. licet *verbo* ecclesiis in fine. Vnde *saltem* (dixit)
„ *pro decima parte eis soluant.* non quod esset decima, sed saltem, & vt minimum; pro decima parte soluerent.

175 Secundum verò, quòd nulla hoc casu præcepti (*Sabatha sanctifices*) transgressio inuoluitur, quia nimirum, non simpliciter facultatem indulget Alexander diebus festis piscandi, sed illo casu dumtaxat, cum aleciæ se terræ inclinauerint, & necessitas vrget capturæ se dandi propter publicam vtilitatem; ne si abstinuerint, seruandi festi diei ergo, illa præterfluat occasio, quæ postmodum non reuertatur, maximo cum Reipublicæ damno. Idcirco Ale-

xander necessitatem perpendit ingruentem, *(in-*
176 *gruente necessitate)* (inquiens) quia necessitas ipsa
licitum facit, quod erat aliàs illicitum. vt *Glos.* per-
pendit *d. cap. licet. in casus figuratione in fin.* & ver-
bo *alecia* ad *text. in cap. significasti 4. §. hoc nimirum*
malo de elect. Nec legi subiicitur. *can. si nulla 15. 23.*
177 *q. 8. can. sicut non alii 11. in fin. de consecrat. dist. 1.*
cap. 2. de obseruat. ieiuniorum. cap. si quis propter 3. de
furtis. l. 1. C. de patribus, qui filios distraxerũt Nauar.
de orat. & horis canonicis cap. 5. num. 8.
178 Quemadmodum eadem ratione, cùm necessi-
tas vrget festis diebus, vel messium, vel vindemia-
rum, vel cum fruges feruntur, vel aliqua alia ne-
cessitas institerit: iurè facultas fit operandi diebus
illis, propter publicam vtilitatem; nec soluitur præ-
179 ceptum *(sabatha sanctifices)* nec quidquam im-
ponitur soluendum operariis, sed gratis præstatur,
ne in auaritiam declinare videamur, festosque dies
venum dare: vt sacram declarasse Congregationẽ
refert *Farinac. decis. 239. par. 4. & Piasecius in praxi*
Episcop. par. 2. cap. 3. num. 23. *Emanuel Sà* in aphoris-
mis verbo *festum num. 4. & 5. Quaranta in summa*
bullarum verbo *dies festus. vers. Congregatio Concilij.*
Disposuitque apertissimè Gregor. IX. in *cap. con-*
„ *questus 5. circa fin. eod. tit. de feriis.* (ibi) nisi necessitas
„ vrgeat, vel pietas suadeat) & *Gloss.* ibidem verbo
necessitas verbo *pietas.* vbi *Glosella marginalis* refert
illud *Propert. lib.* Epigrammaton:
„ *Non recto seruant legalia Sabbata cultu,*
„ *Qui pietatis opus credit in his vetitum.*
Sequunturque *Nauarr. manuali cap. 13. num. 15. &*
16. Sà d. verbo *festum num. 4. & 5. Ioann. Azorius in-*
stitut. moralium par. 2. lib. 1. cap. 28. q. 6. Diana in

summa verbo *festum seruare num.* 12. alios referens.

180 Nec leui indicio firmatur ex facto, verbisque
„ Christi Domini apud Lucam 14. *Cum enim intras-*
„ *set Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum*
„ *Sabbatho manducare panem, & ipsi obseruabant eum.*
„ *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et re-*
„ *spondens Iesus dixit ad legis peritos, & Pharisæos di-*
„ *cens: Si licet Sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse*
„ *verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respon-*
„ *dens ad illos dixit. Cuius vestrum asinus, aut bos in*
„ *puteum cadet; non continuò extrahet illũ die Sabbathi?*
„ *Et non poterant ad hæc respondere illi*. Ita nec pote-
runt in contrarium Aduersarii nostri respondere:
Cur non transgrediantur præceptum (*Sabbatha sanctifices*) piscatores diebus festis capturæ aleciũ
intendendo. Quia (dicemus nos) necessitas ingruit
illas capiendi, ob publicam vtilitatem; sicuti lice-
bat extrahere asinum, vel bouem die Sabati, si in
puteum eorum aliquis cecidisset. Et lex non obli-
181 gat in necessitate. Perperam ergo ipsi asseruerunt;
portionem illam ad mentem Alexandri III. in *d.
d. capit. licet* 3. solui pro eleemosyna compensatiua
transgressionis dicti præcepti (*Sabbatha sanctifices*)
cum in nullo (formaliter) præceptum soluatur; pro-
pter necessitatem, & publicam vtilitatem. Alio-
182 quin compellentur dicere, vt dixere (verum non
ad pondus sanctuarij) licere propter eleemosynam
licentiam impartiri generaliter diebus festis ope-
ribus seruilibus intendendi; Quia si licet (secun-
dum eos) Episcopis, etiam ex tacita licentia, facul-
tatem facere piscatoribus omnibus diebus festis
piscationi intendere, modo portionem illam, quam
ipsi decimam vocant, soluant. Cur non licebit eis,

(se-

(secundum eosdem) parem facultatem facere aliis, vt diebus festis seruilibus intendant exercitiis, siue ingruat, siue non ingruat necessitas, & decimam aliquam partem ex lucro accipere? Cæteroquin disparitatem ipsi afferant; cur ita aduersus eos argumentari nobis non liceat. At responde-
183 bimus nos, non omninò hoc licere; quia nimirum simonia esset, rem spiritualem (sanctificationem scilicet festorum) vendere pro temporali prætio. Hæc enim est simonia: studiosa voluntas contre-
184 ctandi pretio rem spiritualem. *Gloss. in princip.* 1. *q.* 1. colligitur ex *can. saluator.* 8. 1. *q.* 3. *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 1. *& in* 4 *dist.* 25. *art.* 1. *quæst.* 1. *in corp.* *Card. Toletus in instruct. sacerdot. lib.* 5. *cap.* 84. *nu.* 2. diximus *respons. nostra* 39. *num.* 12. *part.* 3. Abiisset vtique præceptum (*Sabatha sanctifices*) si hæc staret Aduersariorum pia assertio (aptiùs autem impiam
185 dixeris.) Quemadmodum verò omnibus aliis Christi fidelibus, qui in Christianam militiam asciti sunt, dies festos seruandi manet necessitas, & à seruilibus abstinendi operibus; ni peccato, ipsoque læthali (nisi materiæ paruitas excusauerit) se inficere amauerint; ita multoque magis populorum
186 Principibus, idest Episcopis secundum Diuum *Hilarium commentariorum in Matth. can.* 26. *in fin. c.* 24. & nos deduximus in *nostro hoc Apologetico respons.* 1. *num.* 26.) hæc manet necessitas; & dies festos seruandi, & vt aliæ omnes commissæ eis rationabiles Christi oues, seruent, curare.
187 Alioquin se ipsos graui inficient piaculi macula, redarguti à lege, quasi trasgressores legis diuinę, (*Iacob* 29. quæ in secundo præcepto primæ tabulæ,
188 digito Dei conscriptæ, (*Sabbatha sanctifices*) hoc

mandat. Episcoporum nempè est, etiam sub graui peccato, quin etiam periurij reatu, sacros canones ab omnibus sibi commissis quibus seruari, non ignauiter inuigilare. ad *tex. in cap. ego N. 4. & ibid. Innocent. de iure iurand.* Emanuel Sà verbo *Episcopus*
189 *nu. 5. sequitur Viuius decis. 106. num. 3.* Quia Episcopus est ordinator in cunctis. *Gloss.* rationem reddit *in can. sanctorum 2. in fin.* verbo *praeposito. dist. 70.*
190 & ipsius est, nutrire ea, quae recta sunt, & corrigere, quae profectum virtutis impediunt. verba sunt Alexandri 3. in Concilio Lateranen. *in cap. cum & plantare. 3. in princip. de priuileg. extrà.* submouendo,
191 videlicet, noxia, & augendo profutura. vt Innocentius IV. loquitur *in c. pro humani 1. de homicid.*
„ *in 6.* vbi dixit *Gloss. in can. sacerdotes. 8. 2. q. 7.* verbo
192 „ aganti: si *Praelati sunt haeretici, vel excomunicati,*
„ *vel non seruant canones, vel simoniaci, vel notorij for-*
„ *nicatores, tunc potest recedi ab eis ante sententiam.* Et
„ Glossella marginalis ibidem, satis è rè nostra notat,
„ dicens: *Ista Glossa reputatur singularis per Doctores*
„ *ad hoc, quod ab Episcopo non seruante canones potest*
193 „ *recedi, vt ab excomunicato.* Quia profectò Episcopi est, animas deo lucrifacere, non disperdere. *d. can. pro humani. 1. de humic. in 6.* non itaque eius erit peccata nutrire, & permittere. Quod si fecerit
194 „ peccatores liniendo: *Episcopus, qui talium crimi-*
„ *na non corrigit, magis est canis impudicus, quàm Epi-*
„ *scopus.* Verba sunt (nec sine timore referenda) S. Gregori, illius Magni 1. parte pastoralium. cap. 2.
195 relati *can. nemo quippè. 2. in fin. dist. 83.* Rationemque reddit Gloss. ibidem verbo *redarguere;* di-
„ cens: *Quia vult magis placere silendo; quàm displicere*
„ *redarguendo.* & proinde vt ex Vetere Mimo habetur.

Bis

196 „ *Bis peccat, qui peccanti auxilium accomodat.*
Eiusdemque argumenti verba sunt Augustini relati
can. qui nec regiminis.32.2.q.7. dicentis: *Qui nec re-*
„ *giminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit,*
„ *nec filiorum crimen correxit; canis impudicus dicendus*
„ *est magis, quam Episcopus.* Si enim ipsi peccata non
197 „ persequantur, rei negligentiæ meritò tenebuntur. vt rationem refert Augustin. *can. quisquis Christianum.52. in fin.23.q.4.*

Non ergo licebit Episcopis facultatem facere piscatoribus diebus festis piscandi, vt decimam accipiant pro eleemosina compensatiua trasgressionis dicti præcepti (*Sabbatha sanctifices*) non pro decima spirituali, vt neoterici hi Theologi, nostri oppugnatores di vino spiritu pleni nouiter philosophantur.

198 Neque porrò mala facienda sunt, vt bonum inde aliquod sequatur. *can. forte aliquis.3.* vbi etiam *Gloss.* verbo *non habeo.14.q.5.* & *can. non solum 1.* vbi *Gloss. vers. nullo modo debet.32.q.8.* Quorum damnatio iusta est, vt Apostolus loquitur *ad Roman.3.8.*

199 Quàm ob causam verò piscari eos patiamur diebus festis omnibus, & inde decimam formalem exigamus? obiectioni tacitæ Respondemus: Tum
200 quod non desunt, qui substineant (ex Theologis quoque) piscari, & aucupari diebus festis, potissimũ verò, si piscatio maximo cum labore non fiat, inter seruilia minime agnosci. vt ex *Granado.2.2. controuers.3. tract.12. disput.4. sect.7. num.65.* refert *Diana*
201 *in summa* verbo *festum seruare num.7. part.1.* potissimum verò cum hoc tendat in Reipublicæ commodum, vt habeant vnde homines vescantur, vt colligitur ex *S.Tho. 2.2.q.122. art.4. ad 3. vers. opera enim corporalia.* & *Caiet. ibidem. Sà d.* verbo *festum*

num.

num.5.Nauar.man.cap.13.nu.11. sequiturq.*Bonacina de legibus tom.2.disput.5.q. vnica punct.2. num.4.* atque si consuetudine permittatur piscatio diebus festis, vt in hoc facto. ex *Suar.tom.1.lib.2.de religione de festis cap.28.num.5.& Fagundez de praeceptis ecclesiæ lib.1.cap.xi.num.16.& 17.* sequitur *Diana part.4. tract.4.miscellaneo.resolut.222.Ioannes Trullench.moralium tom.1. lib.3. in 3. decalogi praeceptum dubio.8.*
202 *nu.8.* At in moralibus sat fuerit, si vnius probati Doctoris sententia fulciaris, ne temere operari dicaris. ad *tex. in cap. cappellanus tuus 4. de feriis* vbi *Gloss.* verbo. *alii vero.* & ibidem *Panormit.nu.6. Nauarr.cons.66.quidam concionarius num.1.lib.5. de simon.& in cap. cum contingat de rescript. remed.2.nu. 30.& 31.Ioannes Azor. Institut. moralium part.2.lib. 6.cap.12.q.xi.in fin.* & de communi testatur *Diana resolut.moralium part.1. tract.4. de denunciat.resolut. 1.& tract.13. de opinione probabili resolut.1.* & sequuti nos fuimus *respons.37.nu.6. & 7.par.2. & respons.*
203 *19.nu.35.par.3.* Et hanc sententiam licere diebus festis piscari, quòd non sit opus seruile apprimè probauit Eminētissimus Dominus meus Franciscus Maria Cardinalis Brancacius, Vir sane dignitate, atque doctrina, tùm in sacra Theologia, tùm in vtroque iure conspicuus, atque Eminentissimus, dū eum in hac ipsa causa informaremus.
204 Deinde, quod potuit ex tam vetusta consuetudine in omnibus illis Episcopatibus, etiam Metropolicis plagæ illius Maris Adriatici, licita reddi piscatio diebus festis, quamuis aliàs ante inductam consuetudinem, potuisset esse non permissa. ad *tex.* cum *Gloss.* in verbo *migrasse in fin. in capit.cum venerabilis frater 7.de consuet ud.extra. & Gloss.in*
can.

can.denique 6.verbo *consuetudine dist*.4 *Gloss.in can. conquæstus* 8.verbo *consuetudo.9.q.3.Nauar.cons.*28. *quidam prælatus num.*12.*lib.*5.*de sentent. excommunicat.* & ex *Suario*,& aliis sequitur *Diana in summa* d. verbo *festum seruare num.*7. *&* 12 *Maranta cons.*
205 77.*nu.*5.*Trullenth.d.dubio* 8.*num.*8 Quam profectò consuetudinem diebus festis piscationi, etiam cum retibus, intendendi (Neapoli quoque obseruauimus. Liberè nempè piscatores diebus festis piscationi vacant,& nauigium ferendo,& remigando, retes tendendo, illasque maximo cum labore ob locorum distantiam, ad quæ retes relaxauere, ad terram trahendo. Et fortasse id permissum saltim videtur ob populi magnitudinem, vt habeant vnde vescantur; diebus præsertim, quibus carnibus vesci, prohibitum est. Quemadmodum & macellatii diebus ipsis festis carnes incidunt, venduntq.
206 ne cibus, vitæ necessarius humanæ, Christi fidelibus desit. Non ergo improbanda consuetudo, quæ à legitima, iustaque causa originem traxit, vt maius in eis periculum euitetur. Quam rationem Innocentius tradidit Tertius in *cap. consilium* 2.*in fin.de obseruat.ieiuniorum.* al ã ibidem præmittens rationẽ, nempè *Cùm non subiciatur legi neces-*
207 *sitas.* Illa vero consuetudo (quæ magis corruptela dicitur) non excusat, quæ in malis fundamentum habet, atque in crimine. ad *tex.in can.quia aliquanti* 4.& ibidem *Gloss.*verbo *priuilegij dist.*82. & *Gloss. in can.reperiuntur* 7.verbo,*quia & usitatum* 1.*q.*1.hæc autem iusta in causa, atque legitima fundatur. vetustas proinde haud erit erroris. iuxta Augustini sensum in *can.consuetudo.*8.*dist.*8.& diximus *n.*200. in superioribus.

Neque

Neque propterea sequitur propter transgres-
sionem præcepti portionem illam compensatiuam
solui à piscatoribus diebus festis, quasi pretium in-
dulgentiæ, cum in capiendis piscibus dant operã;
vt nostri Aduersarii, ad ea, quæ carnis sunt, respi-
208 cientes, perbellè putauere. *Animalis autem homo*
,, *non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei: stultitia enim est*
,, *illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examina-*
,, *tur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine*
,, *iudicatur*. Pauli verba sunt Doctoris gentium
1. *ad Corinth*. 2. 14. & Dominus increpauit Petrum,
209 nondum spiritualia capientem, *Matthæi*. 16. 23.
,, dicentemque sibi. *Absit à te Domine non erit tibi hoc.*
(vt scilicet pro nostra, omniumque salute more-
,, retur.) *Vade post me satana* (dicens) *scandalum es mi-*
,, *hi, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.*
210 Ex quadam enim pia æquitate, vt diximus, por-
tionem illam, non Episcopo; sed Christi pauperi-
bus, Ecclesiisq. tradi, consuluit, nõ mandauit, Ale-
xander Papa *d. capi. licet*, ne festos ipsos dies vẽde-
re videretur. Quamobrem non absolutè disposuit,
neque respondit, ab Archiepiscopo Tributien in-
terpellatus, omnibus diebus festis indulgentiam
facere piscandi, ob portionem illam congruam;
sed illo dumtaxat casu ob necessitatem, cum ale-
,, ciæ se terræ inclinauerint, Consilio adiecto: *ita quod*
,, *post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Chri-*
,, *sti pauperibus congruam faciant portionem*. Nullo
proin pacto à peculiari illo casu, ad vniuersalem
aliquem argumentum includendum: quia vitio-
211 sum, à peculiari præmissa, vniuersalem consequen
tiam inferre. ex regulis Aristotelis, & ex nostrati-
bus Paulus Iureconsultus in *l. ius singulare* 15. *ff. de*
legi-

legibus, & in l.quod verò 13. ff.eodem, sequiturque Gloss.*in cap.præsenti* 34. §. *loca verò* verbo *specialiter de præbend.in* 6.argumento *tex.in can.nos,si incompetenter* 41. cum annotatione Gratiani in *can. antecedenti* 40.2.*q*.7.& *can.hinc est* 30.*in fin*.16. *q*.1. diximusque in dicto nostro *Apologetico num*. 76.

212 Nos verò, sicut & omnes alii Illustrissimi Episcopi illius plagæ Maris Adriatici non pro eleemosina compensatiua transgressionis præcepti (*Sabbatha sanctifices*) vt perperam nostri contendunt Aduersarii (vnde: *mouet cornicula risum*) decimam ex piscibus diebus festis exigimus. (Neque porrò ouium nobis commissarum sanguinem lupis ven-
213 dimus tartharei Dumeti, quem è manibus nostris (nostro malo) exquiret Iustissimus Iudex, si ex nostra illi sorbuerint desidia. *Et sanguinem earum de manu tua requiram* dicens apud *Ezecchielem* 3.18.*et* 33.7.*et* 8.*can.cognouimus*.19.*in fi*.18.*q*.2.*cap. ne religiosi* 25. *in princip. de regularib. cap. irrefragabilis* 13.*in princip.& ibid.Gloss*.1.*de offic.ordinar.*) sed decimam formalem expetimus, illisque diebus exigimus dumtaxat: quia consuetudo ita inuexit, cana, vetustissima, annosa, capularis, diebus multis inuecta, vt memoriam excedat hominum; cum
214 alias diebus omnibus deberetur: *cap.peruenit* 5. & *cap.nuncios* 6. & *toto ipso tit.de decimis. Rota apud Cantuccium part*.2. *diuersor. decis*.165. *num*. 3. & 4. Et decimam, ac pro decima soluunt illam Piscatores, illamque, sic appellant, vti semper nuncupauere, & in supplici dato libello ita eam vocant. Decima igitur erit, non portio illa ex indulgentia pi-
215 scandi, malè exaudita ab Aduersariis. Vt liceat nobis ab ipso nomine, ipsaque nuncupatione, non

irregulariter, argumentari, atque inferre. vti Patres nostros argumentatos fuisse conspicimus. Eugeniū Papam in *can. placuit 8. in fin. 16. q. 1.* Augustinum de vera, & falsa pœnitent. *cap. 8.* à Gratiano relatū. *canon. poenitentia 4. de penit. dist. 3.* ex ratione, quam reddit *Gloss.* in *can. Clericus 5.* verbo *nitatur. 12. q. 1.*
216 Quia nomina debent consona rebus esse. Sequiturque *Gloss.* in *can. si cupis 5.* verbo *diceris 16. q. 1.* Decima ergo nuncupata est. Decima proinde erit.
217 Et cur (quæso te) nomina peruertent Aduersarii, quæ rerum quoque essentias indicant? Inde quippe nomina inuenta, rebusque imposita, vt ex illis rerum essentiam cognosceremus. *l. ad recognoscendos 10. C. de ingenuis manumissis.* & ibidem, vt solet more suo, doctissimè *Baldus.* *§. si quis in nomine In-*
218 *stitutionibus de legat.* nec sanè hoc futile est argumentum: Cum ipse rerum omnium plasmator Do-
„ minus Deus (Genes. 2. 15.) F*ormatis de humo cunctis*
„ *animantibus terræ, et vniuersis volatilibus cœli, ad-*
„ *duxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne*
„ *enim, quod vocauit Adam anima Viuentis, ipsum est*
„ *nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cun-*
„ *cta animantia & uniuersa volatilia cæli, & omnes be-*
„ *stias terræ.* Ita Sanctus Cronographus Moses. Vel igitur verum erit, conuenientia rebus nomina esse; vel sacram resoluemus scripturam, non conuenientia rebus nomina imposuisse Adam cunctis rebus,
219 & mendacio arguemus Spiritum sanctum, qui di-
„ xit: *Omne enim, quod vocauit Adam anima viuentis,*
„ *hoc est nomen eius.* hoc autem dicere abhominandum, atque absolutè hæreticum. quia ille Spiritus
„ veritatis est: *Cum autem venerit ille Spiritus Veri-*
„ *tatis, docebit vos omnem Veritatem.* Christus nos do-
cuit.

220 cuit. *Io. 16. 13.* unde, quod sanctus docet Spiritus Deus docet, Deus dicit, Deus suadet; nam Deus Spiritus sanctus est. Augustinum audi relatum à Gratiano can. sic enim 9. §. quoniam ergo 28. q. 1.

„ *Absit enim* (dicentem) *vt quispiam Catholicus dixerit,*

„ *quod suadet Spiritus Sanctus, non Dominum suadere,*

221 *cum & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera*

„ *Trinitatis.* his ille eloquentiæ Christianæ flumen.

222 Decima vocatur hæc nostra. Decima ergo erit. atque propterea distincta ratio à portione illa, quæ illo casu dumtaxat ex Alexandri Tertij indulgentia Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus ex aleciarum captura soluitur *d. cap. licet. 3. de feriis.*

223 Et quis nempe sanæ mentis negabit; Nominum diuersitatem, rerum quoque diuersitatem, atque dissidium, & differentiam ostendere, palamque facere? Inde quippè diuersimodè nuncupata fuere. quia diuersa sunt, & inuicem dissident. *l. si idem codicilli 7. C. de codicillis. l. procuratoris* 5. *§. si plures ff. de tributoria actione.* Gloss. *in can. olim idem erat* 5. *in fin.* verbo *tollerentur in fin. dist. 95. Rota apud sanctæ memor. Gregor. XV. decis.* 555. *num.* 8. *& apud Coccinum Decanum decis.* 289. *num.* 1. *& in Mediolanen simulationis contractus* a 599. *coram Corduba decis.* 128

224 *num. 6. post primum volum. consil. Farinac.* Vt ex ipsa nominatione contractus iudicentur, vt dixit Rota apud *Cardinal. Caualer. decis.* 371. *num.* 1. *& apud Duranum Episcopum Vrgellen. decis.* 387. *num.* 26. *&* 27. *par.* 2.

225 Durum idcirco erit Aduersariis nostris contra stimulum calcitrare, instimulante illos Veritatis vi, atque imperio, quæ omnia vincit, & in æternum vi-

uit. *Esdræ 3.cap.3.* Vti Saulo dixit quondam Iesus
,, Dominus noster? *Ego sum Iesus, quem tu persequeris:*
,, *durum est tibi contra stimulum calcitrare.* (Actuum 9.
5.) *At ille* (ex Saulo persecutore Paulus factus obe-
,, diens,& Apostolus) *tremens, ac stupens dixit: Domine*
,, *quid me vis facere? Et Dominus ad eum. Surge,& in-*
,, *gredere Ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat*
,, *facere.* Sed non surgent Aduersarii, nec Ciuitatem
ingredientur, vt cognoscant tandem, quod durum
est eis contra Veritatis stimulum calcitrare. Neque
227 credent, nec dimittent. Quemadmodum (*Lucæ*
22.66. Christus immaculatus, & Innocens Agnus
senioribus plebis, & principibus sacerdotum, &
scribis, in eorum adductus Concilium interroga-
,, tus: *Si tu es Christus dic nobis;* respondit; *Si vobis di-*
,, *xero non credetis mihi; si autem & interrogauero non*
,, *respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit*
,, *filius hominis sedens à dextris virtutis* Dei. Sed incre-
duli persistent, sicut & illi. At nostra sunt. *Veriora*
228 *iis, quæ apud Sagram acciderant*: vt in Adagiis ha-
betur. Sagra enim fluuius est, qui post Locros la-
bitur (*vt Strabo 6. Geographia* scribit) ad cuius
aquas decem Locrorum millia cum Rheginis ad-
uersus Crotoniatas nomero centies, ac tricies mille
Marte collato victoriam reportarunt. Ex quo euen
tu in incredulos natum est Adagium præfatum.
229 *Auctor*, vt refert *adagiorum*. Cum velint; *Minus*
,, *suffragari nobis; quod decima nuncupetur; quia talis*
,, *est respectu quotæ, ac numeri, & à dicta quota, seu nu-*
,, *mero nomen desumpsit; sed in effectu,& substantia, quæ*
,, *sunt attendenda, decima spiritualis non est.* Quod nos
inficias non imus à quota decimam nuncupari, vt
integra soluatur, secundum Rotam apud Cantu-
cium

cium *d.decis.165.num.3.par.2.diuersorum*, vnde spiritualis est, quia Deo, eiusque penditur ministris, in eorum substentationem, quod in superioribus ad vsque præsentem periodum probatione ostendimus: eorum ergo futile remanet argumentum;
230 nostrũq. surgit: Decimã inde dici, & esse, quia decimum quoque soluitur, illamque portionem dicto *capitulo licet* indeterminatè propositam, diffidium ab hac nostra decima pati, quæ nomen habet decimæ, substantiam quoque ex eo sortitur diuersam
231 ab illa, ne in vanum nomen habere videatur. argumento *tex. in can. corepiscopi* 5. *in fin. dist.* 68. & *Gloss.* ibidem verbo *nomen. Gloss. in can. quæ ipsis sacerdotibus* 5. verbo *vix. dist.* 38. *tex. in can. fratrem nostrum* 6. *in fin. dist.* 86. & *facit tex. in l. à nullo iudice* 4. *C. de feriis:* & perpendimus nos *respons. nostra* 86. *num.* 56. *& seq. par.* 3. Vnde spiritualis perseuerat.
232 Malè ergo nostri locuti sunt Aduersarii, ni ad sagram porrexerint fluuium, veritatem intuitu perspecturi; ex incredulis creduli redditi.

Hanc proinde ob causam, minus credentes, quæ
233 recta sunt; sed falsa innixi speculatione: Aquilas noctuis similes facere contendentes; iuxta illud Martialis.

„ *Aquilasque similes facere noctuis quaris.*

Vnde Adagium prodiit: *Aquilam noctuæ comparas*: ad sanctæ, gloriosæque memoriæ Vrbani Papæ Octaui Constitutionem, qua ille dies festos moderatus fuit, recursum habuere. hoc (non rectè) putantes; moderationem hanc diebus illis festis moderatis, solutionem illam decimæ pœnitus diruisse, atque de medio substulisse: nosque pessimè existimare, asserentes. Constituticnem Vrbani, decimã

hanc

hanc minime abstulisse gentium ; (dies tantum fe-
,, stos moderatum fuisse: *Quasi che la medesima Consti-*
,, *tutione* (dicentes) *ancorche lege uniuersale in tutta*
,, *la Christianità, per detta sua Chiesa debba riceuere*
,, *intelligenza speciale, diuersa dal rimanente di tutto il*
,, *Catholichismo.* Sic ipsi in supplici pro piscatoribus
dato libello effantur, quin non effutiunt. Verum, vt
morale est illis, decipiuntur; minus rectè scrutantes
235 scripturas, vt suo illas marte exaudiant. Et Simiæ
cum homines non sint, humana tamen imitantur, vt
Sancti Cypriani verbis vtamur, relati *can. si quis in-*
inquit 70. §. *nam hæreticus* 1. *q.* 1. Est autem animal
inuidum, & fraudulentum Simia, & in palatiis ver-
satur, velut vnus Aulicorum, licet vinctus. Ideo
Cercopas, mortalium omnium periuros, in Simias
mutatos fingunt Poetæ. Naso 14. metamorphos.
,, *Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam*
,, *Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ*
,, *In deforme viros animal mutauit, vt iidem*
,, *Dissimiles homini, similesque videri;*
,, *Membraque contraxit, naresque à fronte remissas*
contendit.
236 Sed stellas cęli non extinguit nox. vti Zepheri-
nus Papa loquitur *epist.* 1. ad Episcopos Siciliæ, re-
latus *can. sicut stellas* 8. *dist.* 38. audiamus (quæso) il-
237 lũ, quia ad cor loquitur pro nobis: *Sicut stellas cæ-*
,, *li non extinguit nox; sic mentes fidelium firmamento in-*
,, *hærentes sanctæ scripturæ, non obscurat mundana ini-*
,, *quitas.* Nugas itaque agunt ipsi, cum volunt Vr-
banam Constitutionem pro ipsis esse, & contra
nos.
238 Sed verba afferamus Constitutionis sanctissi-
mi, ac gloriosissimi Pontificis Vrbani, ita enim ip-
se:

„ se: *Ad reliquorum vero dierum obseruantiam, quos ha-*
„ *ctenus siue in vniuersali Ecclesia, siue in quauis natio-*
„ *ne, aut Regno, Prouincia, Diœcesi, aut loco quomodocun-*
„ *que, siue ex præcepto, siue ex consuetudine, siue ex deuo-*
„ *tione Christi fideles tamquam festiuos celebrarunt, ne-*
„ *quaquam ex præcepto ipsos teneri auctoritate præsen-*
„ *tium perpetuò etiam decernimus, & declaramus.* Sic Vrbanus.

239 Sanctuarii ad mensuram. (*numer.* 3.47. *&* 50. *& Leuit.* 5.15. *&* 27.3. *Exodi* 38.24.) verba expenda-
240 mus Cōstitutionis Vrbanæ. Omnis enim qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat. Verba sunt Isidori *can: omnis, qui* 10. *dist.* 45. statera itaque
„ sit iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, &
„ æquus sextarius. Ego Dominus Deus vester. Idem Dominus sanctus sanctorum, *Leuit.* 19. 36. Mosi præcepit. qui nos ipsos sanctos esse voluit, quoniam ipse sanctus est. *Sancti eritis* (dicens) *quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* Leuit. 11. 44. & Leuit. 19. 2. 1. *Petri* 1. 15.

241 Duo propterea ex huiusmodi Constitutione, & verbis iam relatis perpendēda. Vnū, differentiam constitui per Vrbanum inter festos dies ex præ-
242 cepto, & festos dies non ex præcepto. Alterum Vrbanum summum rerum omnium sublunarium moderatorem, Iesu Christi Vicarium. *cap. inter corporalia* 2. §. *non enim. & cap. licet in tantum* 4. *de translat. Episcopi can. mulier.* 19. 33. *q.* 5. festos dies non omnimodo de medio sustulisse, sed moderatum tantummodo fuisse, ne in moderatis, ex præcepto ad illos seruandos fideles amplius tenerentur.

243 Primum autem fit perspicuum ex ipsa met Vrba-

ni

ni constitutione paulo post initium, cum festos dies ex præcepto decernens intulit:

„ *Apostolica auctoriate decernimus, & declaramus in-*
„ *frascriptos dumtaxat dies pro festis ex præcepto colen-*
„ *dos esse.*

Vltra festos itaque dies ex præcepto, & alii remanent dies festi, non ex præcepto, in quibus videlicet, ex præcepto à seruilibus abstinere Christi fideles non tenebuntur, & sacro adesse, ex præcepto, non debebunt; vt sacro adesse sub peccato non arctentur, vel à seruilibus abstinere ad Ecclesiæ præceptum. Confirmatur hoc ipsum ex Concilio Lugdunen in *can. pronunciandum 1. de consecrat. dist. 3.* & ex Concilio apud Cmpendium. in *cap. 1. &* Alexandro tertio *cap. quoniam in parte. 2. &* Gregorio Nono *cap. conquæstus 5. de ferijs.*

244 Secundum verò. Quoniam Vrbanus festos dies reliquos, quos ex præcepto Ecclesiæ non esse, declarauit, non omnino abstulit; sed quò ad præceptũ ipsum tantummodo moderatus fuit, præcipiens, ac
„ declarans: *Nequaquam ex præcepto ipsos teneri.* Chri-
„ sti videlicet fideles. Præter itaque obligationem ex præcepto, festi dies & illi remanent. ex recepta, ab omnibus S. Gregorij regula *in cap. qualis hinc 4.*
245 *§. quod enim dist. 25.* Quod de vno negatur de alio conceditur. & *Gloss.* ibidem verbo. *negatur. Gloss. in cap. de multa. 28.* verbo *per sedem Apostolicam de prabend. cap. non ne 5. de præsumpt.* & ibid. *Gloss. fin. in fin.* & ex Paulo Iure Consulto in *l. cum prætor 12. ff. de iudiciis* vbi *Bart.* in summario. deduximus *respons. nostra 79. num. 59. part. 3.*

246 Nil minus igitur, vt ex hac Vrbani Constitutione inferant Aduersarij; diebus hisce iam modera-

tis,

tis,quando ex arbitrio seruilibus, nullo iam vetante,intendere libet, decimam ex piscibus diebus festis debitam, soluere nequaquam amplius teneri piscatores; quoniam, immunes redditi à præcepto, quod primarium est, liberi quoque euasere à solutione illa decimæ,quæ ad præceptum accessoria ab
247 Aduersariis æstimatur, & à principali regitur, & firmatur. regula *accessorium 42.de regulis iuris in 6.* & ex Vlpiano in *l. cum principalis* 139. *ff. de regul. iuris.l.2. ff.de penu legata.*

248 Haberet quippe locum hæc ipsa eorum excogitatio, si firmum assumptum persisteret fundamentum:decimam hanc solui pro eleemosyna compensatiua transgressionis præcepti(*Sabbatha sanctifices*) vt sublato præcepto, nulla consequenter transgressio obuoluatur illius. At fundamentum hoc omninò nullum, ac futile in superioribus demonstrauimus, & decimam solui, quia decima est formalis, non portio illa ex *cap. licet* 3. *de feriis*. Submoto
249 proinde fundamento, totum supra extructum ædificium præcipiti ruina corruat,opus est. *can.cum Paulus* 26. 1.*q*.1. *cap*.1. *de rebus Eccles.non alienand. in 6.l.egi tecum* 26.*ff.de exceptionib. rei iudicat.Bald. in cap.*1.§.*Marchio.de his,qui feudum dare possunt nu.* 8.*in vsibus feudorum.*Nec aliud quidquam Vrbana moderatur Constitutio, quàm quod ex præcepto dies illos moderatos colere fideles minime arctentur, nihil verò, ne ad decimam teneantur soluen-
250 dam. Quod ergo constitutio nõ dicit,neque nos, neque Aduersarii nostri iurè dicere poterimus. ad *tex.in can.consuluisti* 20.§.*& quod sanctorum patrum. & can.monomachiam.* 22.2.*q*.5. *can.significasti* 85.*in fin.*vbi etiam *Gloss.*verbo *docuerunt* 1.*q*.1. Sic enim

„ ibi Fabianus Papa: *Nam Apoſtoli* (inquiens) *talem*
„ *conſuetudinem, non habuerunt; nec habendam docuere.* Ergo nec nos. *Gloſſ.* ibidem intert. *cap.* 2. §. *vnde ſi circa translationem ne ſede vacante. can. quod ſi dormierit* 12. & ibid. *Gloſſ.* 31. *q.* 1. *l. diffidentis* 5. *C. de repud. l. illam* 19. *C. de collat.* §. *ſi conſideremus in Authen. de triente, & ſemiſſe collat.* 3. *l. cum de lege* 17. *& ibid. Gloſſ. ff. de probationib. Nauar. in can.* 1. *de pœnit. diſt.* 6. *num.* 45. *verſ. ex quo infertur, & de oration. & horis canonic. cap.* 6. *num.* 8. *& in tract. de vſur. q.* 23. *nu.* 117 *& conſ.* 6. *num.* 2. *lib.* 2. *de appellat. Surdus deciſ.* 47. *n.* 5. *& deciſ.* 195. *num.* 4. *& deciſ.* 239. *num.* 3. *Rota in recentioribus par.* 2. *tom.* 2. *deciſ.* 660. *n.* 5. Vt qui legem
251 dicere, aſſerit, ipſe probatione id manifeſtum facere debeat, ſecundum *Surdum d. dec.* 195. *nu.* 4. Quia nimirum quod lege non cauetur in practica non habetur, vt dixit *Bald. in cap. nihil eſt. in fin. de elect.* quem ſequitur *Maſtrillus deciſ.* 273. *num.* 11.
252 *part.* 3. Firmum proinde, quin non magis firmiſſimum, perſiſtit, & hiſce diebus, qui feſtiui ſunt (& ſi non ex præcepto, ob factam moderationem) decimam Epiſcopis deberi, vt conſuetudo inuexit peruetuſta, feſtis diebus decimam ex piſcibus ſoluendi. Quia nimirum adhuc illi feſtiui perſeuerant, & ſi præceptum dumtaxat ſit moderatum. Fit hoc perſpicuum ex ſubſequentibus Vrbani verbis eadem Conſtitutione.

253 „ *Eoſdem Ordinarios in Domino monemus, vt ad Eccleſiaſticam vbique ſeruandam æqualitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione ſub præcepto nouorum feſtorum ſtudeant abſtinere.*

Retinet propterea Ordinariis, non ſimpliciter facultatem nouos dies feſtos indicendi; ſed cum

ad-

addito tantùm, vt *à nouis festis sub præcepto indicendis studeant abstinere.* Remanent ergo dies illi festi, vt priùs, & si quidem præceptum dumtaxat sit mo-
254 deratũ, ablatumque. Finis quippe dies festos moderandi, quoad præceptum, Vrbano fuit, hic vnus, ne fideles ob festorum multiplicitatem sub præcepto, ansã arriperent illos soluendi, nec seruãdi, piaculumque contraherent. Quæ sane perpensio ex
255 ipso initio, & proemio (vt dicitur) Constitutionis facili arguitur indicio: cum illud causam indigitet finalem. ad *tex. in l. fin. vbi Bart. ff. de hæredib. instituend. & l. 1. ff. ad senatus consultum Macedonianum.* diximus *respons. nostra* 85. *num.* 42. *part* 3. *& respons.* 44 *num.* 22. *part.* 2. Debebitur ergo decima & hisce diebus festis moderatis, sicuti, & ante moderatio-
256 nem debebatur. Quia profectò stare prohibendum est minimè, quod mutatum non inuenitur, iuxta Imperatoris sensum in *l. sancimus* 27. *C. de testament.* & *tex. in cap. constitutio* 41. *in fin. de electione in* 6.

257 Hunc verò sensum, hanc mentem Vrbani Pontifici fuisse, lumen non plane modicum refert ex his, quæ ipse Pontifex gloriosæ memoriæ, alioqui doctissimus, acrisque ingenii, in subsequentibus
258 dixit. Animus nempe qualis in nobis sit, cum in abstrusis lateat præcordiis, verbis fit manifestus, &
„ aperitur. *Nam et loquela tua manifestum te facit*; Ancilla Petrum deprehendit Christum abnuentem.
259 *Matthæi.* 26. 73. Et verba passiones detegunt intimas. ex *Arist.* 1. *perihermenias*, & Tubero per Labeonem à Celso relatus in *l. labeo* 7. §. *Id Tubero ff. de supellect. legata. l.* Paulus *respondit.* 5. *ff. rem ratam haberi. Gloss. in cap. tenor litterarum.* 10. verbo *sub-*

errasse. circa fin. de sentent. & re iudicat. S. Thom. 2. 2. q. 93. art. 1. in corpore diximus referentes in nostro *primo Apologetico num. 252. & 253. part. 3.*

260 Primo quidem manifestauit sic: *Vt verò ea, quæ
„ superius expressa sunt, feruentiori, qua decet venera-
„ tione, ac deuotione colantur eisdem Ordinarijs antiquo-
„ rum Canonum obseruantiam ad memoriam reuocamus
„ in concedendis licentijs laborandi diebus festis: quæ
„ quidem licentiæ non aliter, quàm ad formam prædicto-
„ rum Canonum, vt præmittitur, concedendæ, non nisi
„ gratis, libere, & sine vllo prorsus pretio, aut pacto dire-
„ ctè, vel indirectè concedantur, sub pœnis etiam grauio-
„ ribus nostro, Successorumque nostrorum arbitrio infli-
„ gendis.*

261 Deinde ex his, quæ immediatè subnectit: *Non
„ intendimus tamen per hanc nostram Constitutionem
„ dies feriatos circa iudicialia in aliquo immutare, quos
„ ad hunc effectum relinquimus in eisdem statu, & ter-
„ minis, in quibus erant ante eiusdem promulgationem.
„ Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, &
„ sub indignationis nostræ pena, vt has præsentes litte-
„ ras, & omnia, & singula in eis contenta, singuli vide-
„ licet in eorum respectiuè Diæcesibus publicent, & ab
„ omnibus eorum subditis ad vnguem obseruari fa-
„ ciant.*

262 Qui ergò nec iudicialia abstulit; quonam pacto (Bone Deus) decimas iure Diuino debitas auferre voluit? Et qui, ne soluendo Dies festos, peccarent fideles, in Deique omnipotentis offensam darent; festos ipsos dies moderatus fuit; vt piacolo se inficerent sacrilego, decimas non soluendo, permittere potuit? Absit. Nunquid iniquus est Summus Romanus Pontifex Iesu Christi Vicarius, vt

in-

inferat iram. (Apoſtolicis alloquimur verbis ad *Romanos* 3. 5.) Epiſcopis dies feſtos ex præcepto indicentes; & permittere velit, vt propter moderatos dies, populi à decimarum ſolutione ceſſent, ſeque ſacrilegio fędent? Abſit. Voluit nempè ipſe ad amuſſim obſeruari eius præcepta, ne illorum metam tranſgrederentur homines. Non itaque voluit, vt decimas ſoluere, Deo Altiſſimo debitas, eiuſq; miniſtris, dimitterent; ſeque abominando deturparent ſacrilegio, diuinaque tranſgrederentur præcepta. Quiue ita exacta curauit diligentia, ne in concedendis licentiis laborandi diebus feſtis ad antiquorum Canonum normam, conniuerent Ordinarii; vt inuiolata dierum feſtorum ex præcepto permaneret obſeruantia: velle ne potuit, vt decimas, non ſoluendo diuina ipſa in hoc præcepta dilacerarent, diſſoluerent, diruerentque? non vti-
263 que putandum. Qui enim minora ne fierent ſic oculatè prouidit: cur æſtimandum maiora permittere mala voluiſſe? argumento *tex. in can. nulli clerico 3. & ibid. Gloſſ.* verbo *quanto magis diſt.* 44. *& can. viſis litteris* 1. §. *conſilio itaque* 16. *q.* 2. vbi etiam *Gloſſ.* verbo *quod maius*. argumento quoque *tex. in cap.* 1. cui accedit *Gloſ. fin. de torneament.* & *text. in can. nullus primas* 3. vbi *Gloſſ.* verbo *ordinare* 9. *q.* 2. *& can. miramur* 37. & *Gloſſ.* ibidem verbo *etiam cum minimis* 24. *q.* 1.

264 Præſcripſere proinde aduerſum nos piſcatores, ne diebus omnibus decimam ſoluerent, ſed feſtis dumtaxat diebus; & nos, vt hiſce tantùm diebus illam exigamus, & in hac poſſeſſione ab immemo-
265 rabili vtrique ſumus. Tantum ergo præſcriptum, quantum poſſeſſum. ad regulam, *ſine poſſeſſione* 3.

&

& ibidem *Doctrres de regul. iuris in 6. Bart. in l. census de vsucapion. Parif. conf.* 27. *num.* 101. *lib.* 1. *Rota apud Card. Seraphin. decif.* 346. *num.* 1. *& decif.* 1295. *num.* 7. *& apud Coccinum decif.* 346. *num.* 9. *& apud Card. Caualer. decif.* 487. *num.* 4. in hac decimarum materia loquens in vna *Toletana decimarum* 14. *Decembris* 1618. *Franciſcus de Ponte decif.* 28. *num.* 12. *&* 13. *Vincent. Anna allegat.* 131. *num.* 12. & dictum fuit in *Oritana decimæ oliuæ* 13. *Maij* 1636. *coram Camillo decif.* 591. *num.* 20. *&* 24. per Rubeum additionibus 5. *part. recentiorum.* Soluent idcirco decimam, & diebus hiſce feſtis moderatis: quia nihilominus feſti perſeuerant, & ſi præceptum ab illis (vt liberè ſeruilibus intendere væleant, neque ad ſacro intereſſendum teneantur) remotum ſit, atque ablatum Conſtitutione Vrbana. Et in hac poſſeſſione ſumus. Manutenendi ergo in illa erimus, in qua reperimur, vt in ſuperioribus quoque
266 deduximus. Et proficit non modicè nobis Viſitatio ab Illuſtriſsimo olim Britano anno 1553. facta, in qua deſcriptum inuenimus, ſicuti in ſuperioribus quoque retulimus: *Item inuenit ſpectare a d*
„ *dictam menſam Epiſcopalem decimam de piſcatione,*
„ *quæ fit diebus feſtiuis.* Feſtiuis dixit, nō addit *ex præ-*
267 *cepto*; quia in hac poſſeſſione ſumus; ſiue ſint dies feſtiui ex præcepto, ita propriè dicti, ad ſacrorum canonum normam, iuxta *tex. in d. can. pronunciandum primo de conſecrat. diſt.* 3. *& cap. conqueſtus* 5. *de feriis.* & vocat ipſa etiam Vrbani conſtitutio: ſiue etiam ex deuotione, conſuetudine, vel voto illos olim, antè Vrbani Conſtitutionem, ad modum illorum ex præcepto, populus coleret ac veneraretur. In hac ergo poſſeſſione manutenendi erimus: Sicu-
ti

ti in possessione manuteneri volunt piscatores, non
268 omnibus diebus decimas ex piscibus soluendi; sed festis dumtaxat: vt æqualitas vtrinque procedat. ad regulam *in iudiciis* 12. *de reg. iuris in* 6. Con-
269 stitutio quippe Vrbana præceptum tantummodo moderata fuit; *Nequaquam ex præcepto ipsos teneri*, decernens: in reliquo vero dies illos, vt erant, festi-
270 uos reliquit. Et quid sanè si nihilominus illos populus festiuos habere voluerit, & venerari, vt illos ex præcepto, ad antiquorum canonum normã. numqnid ne poterit Episcopus populum prohibere ne illos veneretur, & obseruet? non vtique. Quin imo laudabit, populique adiuuabit deuotionem. Quemadmodum & Romæ seruatur, vt ex tabella; quam ad calcem referemus.

271 Et hinc planè facili diluitur negotio, obiectum, quod in nos reijciunt Aduersarij; si noui adderentur dies festi, non ne decimam exigeremus diebus illis: quare ergo cùm remouentur ab exigendo nõ
272 cessamus? vt qui in lucro esse amamus, in damno quoque non detrectemus, quod rationi congruum æstimatur. Regula *rationi congruit* 77. *de regulis iuris in* 6. & regula *qui sentit* 55. *eodem in* 6. *clement*. 1. *de censibus. can. Ecclesiasticis* 64. *in princ*. 12. *q*. 2. *cap*. 1. *de sepultur*. vbi *Gloss*. verbo *consolationum*. iuxta illud.

" *Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis*.
" relatũ à *Glos*. in *cap. cum secundũ Apostolum* 16. verbo *repelli. de præbend. l. secundum naturam* 10. *ff. de regul. iur*. & illud Apostoli 1. *ad Thessalonicens*. 5. & 2. *ad Corinth*. 1. sint consolationum socii, qui passionum socii fuere. plura deduximus *respons*. nostra 10. *à n*. 1. *cum seq. par*. 2.

273 Cùm quòd dies festi non vtique remouentur; remanent equidem dies festi ex deuotione, vel cōsuetudine, moderato tantummodo præcepto audiendi sacrum, & abstinendi à seruilibus, vt in su-
274 perioribus diximus. Tùm, quod decima cum nobis deberetur aliàs diebus omnibus, sed ex vetusta consuetudine factum est, vt diebus festis dumtaxat debeatur; vbicunque dies acciderit, qui qualitate illa vestiatur, diei festi, eo ipso momento no-
275 bis decima debetur; Qualitas enim illa, licet sit accidens, & sine subiecto esse minime possit; ita quidem in subiecto imbibitur, vt inseparabilis ab eo euadat, atque vnum ab illo fiat, vt illa sine, dari minime possit. ad *text. in can. si quis obiecerit 7. prima quæst. 3.*

276 Sat nempe fuerit, quo tempore decima exigitur qualitatem illam adesse diei festi; vt debeatur: quia tempus spectatur, quo illa debetur. iuxta Pauli sensum lib. 52. ad edictum in *l. si filius familias* 78. *in princ. ff. de verborum obligat.* & ibidem *Gloss. fin. & Bart.* in summario. eiusdemque Pauli lib. 3. ad edictum in *l. in delictis* 4. *§. si damnum extraneus ff. de noxalibus actionib. Peregrin. decis. Patauina* 112. *num.* 14. *Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis.* 286. *num.* 16. *par.* 2. *& apud Card. Caualer. decis.* 156. *num.* 3. *& decis.* 231. *num.* 1. & hanc rationem per quam lubentissimè admisit Eminentissimus Dominus meus Dominus Cardinalis de Lugo sapientissimus Theologus, ex Illustrissima Societate Iesu. vt eius omnibus prælis præssi libri manifestum faciunt. tot enim sunt linguæ, quæ Eminentissimam eius loquuntur sapientiam.

277 Desipiunt verò, si sic sapiunt Aduersarii nostri

iuxta

iuxta Innocentii Tertii verba in *cap. nisi cum pridem* 10.§.*certe desipis de renunciat.* atque Paschalis Papa in *d.can.si quis obijecerit.6.prima q.3.* putantes nos in vtilitate, & commodo versari decimas exigentes ex piscibus diebus festis, vt in damno esse debeamus cum qualitas illa cessarit diei festi. Non
278 equidem sumus in commodo,sed in damno;quia diebus omnibus nobis decima deberetur; consuetudine autem factum est, vt diebus tantum festis exigatur. Restricta proinde, & arcta nostra reddita facultas est diebus omnibus decimam habendi ex piscibus, vt festis dumtaxat diebus exigamus illam.In damno propterea,non in commodo sumus, illam diebus præfatis dumtaxat exigendo. Falso ergo nituntur fundamento Aduersarii nostri id asserentes. ruinoso ergo casu decidat; quam supra
279 extraxerunt Turrim,oportet: confusum est enim labium eorum, quia Babel extruere tentarunt. *Genes.* 11. 9. confusionem proinde illi primi induxerunt: & isti secundò fierent. Non itaque specialem pro Ecclesia nostra interpretrationē admittit Vrbani,sanctæ, gloriosæque memoriæ, constitutio, sed vniuersalem, totique Catholichismo conformem, cùm illam diximus, de decimis nihil dispo-
280 nere. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimarit? verbis vt loquamur Ioannis Papæ ad Episcopum Vticensem. *can.miror 4.in fin.dist.*50.

281 Interprretationem haud admittere constitutionem prefatam Vrbani; Cùm ipsam sacrosanctam
282 scripturam à Spiritu sancto inspiratam (sacrosancta Tridentina synodus sess.4. in decreto de ca-
83 nonicis scripturis. *Non enim voluntate humana al-*

 lata

,, *lata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirã-*
,, *te loquuti sunt sancti Dei homines*. Petrus Summus Apostolorum vertex loquitur 2. *eius* 1.21.) interpretationem admittere nouerimus. Ipsumque sanctissimum Iesu Christi filii Dei Euangelium interpretationem recipiat: non ex libito sanè, sed iuxta sensum sanctæ Matris Ecclesiæ, per tradita ab eadẽ sacrosancta Tridentina synodo *ead. sess.* 4. in decreto de editione, & vsu sacrorum librorum. §. *praeterea*, &c. & ita sacramento firmamus omnes, cum ad dignitates euehimur, & ad beneficia curam habentia animarum, siue doctoris laurea donamur: *Sanctam scripturam interpratari iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum.* ad disposita per eandem sacrosanctã synodum Tridentinam *sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* atque per Constitutionem Sanctissimi sanctæ memoriæ Pii Papæ Quarti. quæ incipit (*iniunctum nobis*, &c.) ad calcem d. sacri Concilij impressam *fol. mihi* 369. super fidei professione edenda. Hoc enim
284 nisi ipsi admiserint, totum Ecclesiæ sanctę ordinẽ peruertent. Non ne Patres nostri Sanctæ Ecclesiæ Doctores, Latini, & Græci sanctam scripturam interpretati fuere maximo cum Ecclesiæ, Christique fidelium fructu? Vbi Gregorij, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, qui sacram scripturam interpretati fuere ex Latinis. Et ex Græcis Athanasii, Gregorii Magni illi Theologi, Basilii, Chrisostomi, magna eloquentiæ flumina? Vbi Hilarii? vbi Nisseni? vbi Irenæi, Iustini, Chrisologi? vbi ex recentioribus Aquinates, Bonauenturæ, Hugones, Carthusiani, Lyrani, Abulenses, & sexcenti, & mille, quorum non est nu-

merus? Qui omnes sacram Scripturam ex se sa-
crosanctam commentarijs nobis aperuere, & san-
285 ctam Ecclesiam eorum doctrina illustrem redide-
re, & lucent, quasi lucernæ lucentes in caliginoso
286 loco. verbis vt vtamur Apostoli Petri *2. cap. 1. 19.*
Et sacros ipsos canones à Summis Romanæ Eccle-
siæ Principibus conditos, à sanctissimis Patribus
excerptos, à sacris Conciliis concinnatos, non ne
interpretati fuere sacrorum Canonum Doctores?
Abbates, Hostienses, Ioannes Andreæ, Archidiaco-
ni, Præpositi, Turrecremates, Geminiani, Felini, alii-
que secenti? Et omnes quotquot fuere fideles in-
terpretres à Catholichismo non defecere quin
287 sanctam Ecclesiam Dei Viui Columnam, & fir-
mamentum veritatis. verbis vt loquamur Aposto-
li *prima ad Thim. 3. 15.* illustrauere, eamque in eius
sancta doctrina firmiorem reddidere. Doctores
288 enim Sanctæ Ecclesiæ Vigiles illi sunt, qui custo-
diunt Ciuitatem, (Ecclesiam sanctam scilicet) eorũ
sana doctrina, & interpretationibus scripturarum,
nos inflammantes, illustrantes, confirmantes. iuxta
" illud (Canticorum 3. 3.) *Inuenerunt me vigiles, qui*
" *custodiunt Ciuitatem, paululum cum pertransissem eos,*
" *inueni, quem diligit anima mea.* iuxta *Philonis* Car-
patiæ Episcopi, *Dionysii* Carthusiani, aliorumque
289 interpretationem. Desipiunt propterea Aduersa-
rii nostri. si ita sapiunt, vt dicant; Vrbanam Consti-
tutionem interpretationem non admittere, & nos
à toto Catholichismo specialem pro nostra Eccle-
sia Sanctæ Mariæ interpretationem sequi, non vni-
uersalem, cùm diximus, de decimis illam non lo-
qui, quæ dumtaxat dies festos moderata fuit *(ne-*
quaquam ex præcepto teneantur). nihil aliud decer-

nentem. Quin vniuersalem nos sequimur, intelligentiam; inter Vigiles agniti, qui custodiunt Ciuitatem, Ecclesiam Iuuenacen Sanctæ Mariæ protectione, & tutamine illustratam; & cum Ecclesia Catholica sentimus, pro qua sanguinem libentissime dabimus; quin faxit hoc Deus piissimus, vt hoc nobis sua benignitate accidat. Videant proinde ipsi, dum Ecclesiam persequuntur, ne à Catholica deficiant fide, spirituque vertiginis obrotentur.

290 Neque planè longe absuut, quin præuaricentur, cum afferant in supplici dato libello dicentes:
„ *Che la determinatione de giorni festiui, e non festiui*
„ *non è de iure diuino, ma spetta al Pontefice priuatiuè*
„ *ad ogni altro, particolarmente alli Vesconi.*

Duo enim continet hæc eorum propositio. primum: determinationem dierum festorum non esse de iure diuino. alterum potestatem determinandi dies festos ad Pontificem spectare priuatiuè quoad alios, præcipuè verò quoad Episcopos.

291 Et quidem quoad primum; determinationem absolutè, dies festos esse colendos; ac præceptum sanctificandi festos (vt sic) ne dum Diuino, sed naturali quoque iure indictum esse; vnde in prima decalogi tabula hoc tertium inter affirmatiua præ-
„ cepta est positum: *Sabbatha sanctifices*; Quia remotis impedimentis veræ religionis per primum, & secundum præceptum decalogi, tertium dandum fuerat, per quod homines in vera religione fundarentur, ad quam veri Dei cultus pertinet; qui sanè duplex est, interior, & exterior; interior quidem per orationem, & deuotionem; exterior verò per cultum secundum aliquod sensibile signum, per quod homines Deo omnium Creatori gratias agentes,

ei vacant, eique deputantur. vti optime *S. Thomas* Doctor Angelicus docet. 2.2. *q.* 122. *art.* 4. *in corpore*, eumque alii sequuntur apud *Bonacin. tom. 2. de legibus disput. 5. quæst. vnica num. secundo, & sequent.* Quo verò ad certos determinatos dies, esse iure humano indictos, vt dies Dominica, aliique festorum dies, per Summum Romanum Pontificem, atque Concilium Generale, distincti. *d. can. pronunciandum primo de consecrat. dist. 3. & d. cap. conquestus 5. de feriis, Sanct. Thom. d. ar. 4. ad quartum.* Bonacin. qui alios refert *d. quest. vnica num. 4. & punct. primo num. primo.*

293 Secundum autem: potestatem dies festos decernendi ad Pontificem spectare priuatiuè quoad alios, ac præsertim ad Episcopos: non ita procedit, vt priuatiuè, etiam quoad Concilium Generale exaudiatur, quia sicuti Summus Pontifex, ita planè Generale Concilium dies festos decernere valet.

294 priuatiuè verò quoad Principes seculares, Ciuitates, & Respublicas, absolutè: quia nimirum hi festos dies, vti sacros, instituere haud valent, cum dies hos festos, tanquam sacros decernere, actus sit Religionis, qui à laicis vti sacri præcipi minimè

295 possunt: cum ipsi ab Ecclesiasticis, sacrisque tractandis omninò arceantur. *cap. decernimus 2. de indicijs. cap. cum laicis 12. de rebus Eccles. non alienandis, Gloss. in can. nullus 7. §. sed quæritur* verbo *Honorius in fin. dist. 79. cap. tua 25. de decim. extrà. Ioannes Trullench. operis moralis tom. 1. lib. 3. in 3. decalogi præceptum dubio 2. nu. 3. & 4.* Non verò priuatiuè quoad Episcopos, quia ipsi Principes sunt Ecclesiarum, iureque communi dies festos decernendi potestatem obtinent, cùm sit actus ad Religionem spe-

ctans,

ctans, vt diximus, & decretum fuit *d. can. pronunciandum primo in fin. de consecratione dist. 3. & d. cap. conquaestus 5. aliàs fin. de feriis.* quisque tamen in suis diœcesibus, & adhibito solum Clericorum cōsilio, non tamen suffragio, ex inueterata consuetudine. & hæc omnium communis est Doctorum sententia, vt eos quoque refert *Bonacina d. quaest. vnica puncto primo in 2. & 3. proposit. num. 2. & 3. Diana in summa* verbo *festum statuere num.* 16. & ipsemet *resolutionum moralium par. 4. tract. 4. miscellaneo resolut. 178. Fagundez de quinque praecept. Eccles. praecept. 2. lib. 1. cap. 3. nu. 11. Gauantus in Enchirid. episcoporum part. 2. allegat. 105. num. 39. Sanchez in opusculis moralibus siue consil. tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 5. nu. 6. Trullench. d. dubio 2. nu. 2. & 4.*

297 Erroneè propterea atque per æquiuocationem loquuti fuerunt Aduersarii; Episcopalem dignitatem minuentes, vt ostenderent illam ipsos vili habere, floccique pendere; idcirco non mirum, quod addiderunt; E *credere che il Papa sia più padrone delle Chiese, che non sono li proprij vescoui essendo essi semplici ministri inferiori subordinati ad esso Pontefice.*

298 Et vtique Papa vniuersalis administrator est omnium Ecclesiarum; Christi Domini Vicarius, cuius potestas non est ab homine, sed à Deo *cap. nouit* 13. *§. cum enim de iudic.* & non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. *cap. quanto. 3. de translat. episc. & cap. inter corporalia 2. §. non enim eod. cap. exiit. 3. §. ad hac cum fratres de verbor. significat. in 6.* vnde supremam in Ecclesia obtinet potestatem *cap. licet* 18. *§. cum autem de regularib. can. cuncta per mundum* 17. 9. *q.* 3. *Clement. pastoralis 2. in fin. de re iudicat. can. priuilegia 2. in fin. 25. q. 2.* & plura nos

de-

deduximus *respons. nostra 1. par. 4. per tot.* habet ta-
299 men Episcopos sibi subiectos vti veros Princi-
pes, non vt Vicarios, & Proreges (quod eius ma-
gna, ac suprema Gloria est, ac Potestas, quod non
abiectis dominetur, sed Principibus, vt *Cardinalis Bel arminus tom. 1. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 2. in fin. littera G. vers. de Ecclesia testamenti*, *& cap. 9. col. 16. littera D. vers. vtrum autem expediat*. & nos diximus in *Apologetico in superioribus respōs. 1. n. 25. 26. & seq.*)

300 Et sunt in partem solicitudinis vocati, licet non in plenitudinem potestatis, vt Papa *can. decreto nostro* 11. 2. *q.* 6. *& can. qui se scit* 12. *ead. q. & causa. can. multum stupet* 8. *in fin.* 3. *q.* 6. *Gloss. in can. consequens est.* 2. verbo *plena dist.* 11. Non itaque inferiores mi-
301 nistri nuncupantur, vt Aduersarij nostri faciunt; sed Principes sunt Ecclesiarum, secundum Hieronymum *can. Ecclesiæ Principes dist.* 35. & ibidem *Gloss.* & Columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ dicuntur, Apostolorumque successores. *can. accusatio* 15. §. *hæc, & alia.* 2. *q.* 7. & personam habent Christi, ac Domini Vicarij sunt *can. mulier* 19. *in fin.* 33. *q.* 5.
302 quos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vt Paulus Doctor Gentium nos instruit. *Actuum* 20. 28. quam ob causam à Melchiade Papa in *can. de his 3. de consecrat. dist.* 5. Summi Pontifices nuncu-
303 pantur. Rationemque reddit *Gloss.* ibidem verbo à summis: *Quia* (inquiens) *vltra eos nullus est ordo*. Non itaque sine ratione summi dicuntur sacerdotes ab Eusebio Papa in *can. manus quoque 4. de consecrat. dist.* 5. & plura deduximus nos in nostro priori *Apologetico à nu.* 343. *cum seq. part.* 3. Tanti itaque

sunt

304 sunt Episcopi, non inferiores ministri, qui fratres sunt, & dicuntur Papæ, eosq; fratres appellat, quia, vt *Gloss.* (inquit) in *can. in nouo testamento* 2. verbo
305 *pari. dist.* 21. omnis Episcopus est par Apostolico quantum quidem ad ordinem; & rationem consecrationis: & si ille in administratione sit maior. ex Cypriano in tractatu de vnitate Ecclesiæ. relato *can. loquitur* 18. 24. *q.* 1. & ex Augustino *can. puto* 35. vbi *Gloss.* quoque in casus figuratione 2. *q.* 7. neque
306 Dignitas Episcopatus vocatur, sed culmen dignitatum. *Alzedus in praxi Episcop. in præfation. & cap.* 1. *num.* 39. 40. *& seq.* Barbos. *in collectan. ad sacrũ Trident. Concil. sess.* 25. *cap.* 17. *de reformat. n.* 5.
307 Domini verò Ecclesiarum non sunt, sed sponsi, *cap. inter corporalia* 2. *de translat. Episcop.* neque vt Domini statuuntur; sed vti Pastores, Patres, & Principes, vti Apostolus Petrus nos admonuit 1. epist. cap. 5. 3. *Non quasi dominantes in Clero* (dicens) *sed*
308 *forma facti gregis*. Pascere nempe eos oportet, non dominari. pasce oues meas, Christus eidem Petro dixit, quando caput eum constituit Ecclesiæ *Ioann.* 21. 17. *Gloss. in can. in nouo* 2. verbo *tu es Petrus dist.* 21. *& can. considerandum* 53. verbo *prepo-suit. dist.* 50. Paschalis Papa in *cap. significasti* 4. *in princ. de elect. extra* & ipsemet Petrus ead. 1. cap. 5.
„ 3. *Pascite* (inquit) *qui in vobis est gregem* (non sanè
„ dominamini) *non coactè, sed spontaneè secũdum Deum,*
„ *non turpis lucri gratia, sed voluntariè*: & hanc perpensionem habuit sancta septima synodus cap. 4. relata *can. prædicator* 64. *in fin.* 16. *quæst.* 1. Memine-
309 rint propterea qui Episcopos spernunt, quod Deum spernunt, qui illos constituit. Sic quippe
„ Christus Lucæ 10. 16. *Qui vos spernit, me spernit:*

Qui

" *Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.* Spernetur ergo ab eo, qui in suis ministris spretus fuerit. *d. can. in nouo 2. in fin. dist.* 21. Episcopis nam-
310 que Deus, tamquam causa primaria, ipse potestatem tribuit, Papa verò instrumentaliter, & ministraliter, quatenus ipse immediatè à Deo accipit potestatem assignandi in Ecclesia pastores. *Sanctarellus variarum resolut. q. 1. num. 7. Alzedus in praxi cap. 1. per tot. præsertim num. 12. & cap. 8. num. 4. & seq.*

311 Non dimittet proinde, quos ipse pastores designauit Ecclesiarum, indefensos. Deus enim Episcopos, quos elegit, semper adiuuat. vt Valentinianus Imperator Ambrosio Mediolani Episcopo electo contestatus fuit. *can. Valentinianus 3. in fine dist. 63.* & quos sua gratia elegit, sua protectione custodit. verba sunt Gregorij ad Ioannem Episcopum primæ Iustinianæ Illiricæ in *can. quia igitur 9. in fin. ead. 63. dist.* Non ergo ita vili sunt Episcopi Ecclesiarum, vt nostri faciunt Aduersarij à Catholichismo fortasse deuiantes: sed summo in honore habendi, vt Principes, Patres, & Pastores, Deique summi ministri, Christique Dei Vicarij, Fratres Papæ, Columnæ Ecclesiæ.

Pergunt deinde Aduersarij, vt decimam ex piscibus omninò de medio tollant, asserere: nullum obstaculum facere, decimam ex omnibus Deo deberi præpotenti, ejus in recognitionem vniuersa-
312 lis Dominij; quia decimas soluendas esse diuina sanxit auctoritas. *Leuit. 27. 30. can. decimas 47. 16. quæst. prima*, & diuini iuris esse noscuntur *ca. n. quoniam quicquid 68. §. quam ob rem. ead. 16. quæst. prima. cap. tua nobis. 26. §. verum de decimis. & ibid. cap. cum*

*non sint.*33.§.*cum autem.* Quod non illæ debeantur, si habeant alios redditus ministri Ecclesiæ, illis loco decimæ assignatos. Quod sanè non diffitemur: verùm eorum erit, probatione firmare, nobis nostroque Capitulo redditus alios loco decimarum
313 assignatos fuisse: quod si non valuerint, digitum ori supponant, vt obmutescant. *ad tex. in l.* 2. *C. de probat. l. ei incumbit.* 2. *ff. eod. l. si quidem* 9. *C. de exceptionibus. Gabriel de probationibus conclus.* 6. *in prima limit. num.* 15. *Rota apud S. memor. Gregor. XV, decis.* 480. *num.* 3. diximus *respons. nostra* 39. *num.* 43. *par.* 3. Et nihilominus contra eos hoc pugnat argumentum, quo in supplici dato libello professi fuere, decimam hanc solui ex piscibus ex inueterata consuetudine, cuius memoria hominum in aduersum, non extat. Stent proinde consuetudini, vel dent ipsi redditus alios decimarum loco. Quod si non fecerint, taceant. *vt* quid enim noctuas Athenas afferunt, vt in prouerbijs habetur?

Nec cessant progredientes, ab exemplo argumentum ducentes, à Donato Antonio de Marinis, qui resolutionum quotidianar. *cap.* 8. *num.* 17. *&* 18.
314 refert; Neapoli decimas Archiepiscopo minime solui, quod feratur in decimarum solutionem Neapolitanæ Ecclesiæ per Vrbem illam satis piam, designatum, atq; datum fuisse oppidum Turris octauæ. Inferunt proinde, neque Iuuenacen Ecclesiæ
315 decimam deberi. Insulsum oppidò argumentum à disparatis ad *tex. in l. papinianus exuli.* 41. *ff. de minorib.* Faciant proinde ipsi redditAuum assignationem pro decima; & stabimus, nec amplius illam
316 exigemus. At sat, superque erit, Argumentum vt destruatur hoc ab exemplo, siue à simili, si vel in-

mo-

modico dissimilitudo agnoscatur. præter doctrinam Aristotelicam, secundum *Gloss. in l. creditori* 9. verbo *vendicatio ff. de operis noui nunciat.* & *Gloss. in can. si enim* 9. § *iis de causis*. verbo *numquid*. 28. *q.* 1. *Euerard. de locis argumentandi communibus loco à simili*
317 *in* 4. *limit.* Neque semper tutum propter hanc causam argumentum hoc à simili redditur *Gloss.* tradit in *can. gloria Episcopi* 71. verbo *opponat.* 12. *quæst.* 2. *& tex. in can. Dixit Dominus* 12. & ibidem *Gloss.* verbo *sumendum exemplum*. 14. *quæst.* 5. Ipsis vero Aduersariis, vt acre eorum appareat ingeniū, à se ipsis obstaculum facit vetustissima consuetudo, quam ipsi profitentur, hanc soluendi decimam Episcopo diebus festis. Sibi ipsis proinde aduersi
318 sunt. Non mirum ergo si nobis. *Qui* enim *sibi nequam, cui bonus?* Spiritus eloquitur sanctus. *Ecclesiastici* 14. 5. Et Ioannes 22. in *extrauaganti diuinis exemplis vnica* §. *Tertio quantum ad se. de pœnis inter communes.* vt qui sibi nequām existeret (inquiens) nulli alii bonus esset.

319 Dicamus ergo cum impijssima Regina illa Iezabelle aduersus Iehù, qui è fenestra Regalis palatij præcipitari illā mandauit, vnde & mortua est, & canes in agro Iezrael, iuxta verbum Domini.
320 (4. *Regum*. 9. 31.) comederūt carnes eius: *Numquid pax esse potest Zambri, qui interfecit Dominum suum?* quando isti in se ipsos verterunt aciem, vt
321 pereant, seque suo peremerunt gladio, vt in prouerbijs habetur, vt Episcopo Patri, & Pastori oppugnentur.

Et mirum est certè, quod ipsi iudiciū instituere: Decimam diebus festis ex Vrbana constitutione moderatis, non esse soluendam: nūc verò decimam

 ipsam

ipsam omninò de medio tollendam instant. vt ca-
322 dat nec ab re in eos Horatianum illud:

amphora cœpit

Institui, currente rota cur vrceus exit?

Et tam citò à priori sententia sunt mutati. An fortassis, quia vt sapiens (*Ecclesiastici* 27.12.) quin spiritus eius ore sanctus dicit: *Homo sanctus in sapientia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutatur?* proinde idem Spiritus sanctus *Prouerbiorum* 10.10. pœnam intulit dicens; *Stultus labiis verberabitur.* quem locum ita interpetratur B.Salonius: *Quia stultus propter verba iniqua, & mala, quæ loquutus est, condemnabitur*, apud Martinum del Rio in adagialibus sacris *parte* 2. *adagio* 169. *in fin.* Firmè igitur & stabiles perseuerent, si sapientes sunt.

Contrahentes demum vela porto proximi Aduersarij; vt firment, decimam ex piscibus, quos è Gargani monte piscatores deferunt, Episcopo non deberi, hoc pacto philosophantur.

Quia aut prætenditur tamquam decima personalis, & illa sicut non prætenditur à lucris aliarum personarum dictæ Ciuitatis, ita, & nec minus prætendi potest ab istis miserrimis.

323 Sed huic argumento in superioribus fecimus satis. Primo, quia non omninò personalis, sed magis mista hæc æstimatur decima, quæ non ex labore absolutè, sed ex fructu propter laborem soluitur: si enim piscatum non ierint, nec fructus (pisces videlicet) colligent, nec decimam soluent. Deinde, quod nostrum non soluit argumentum, si alij non soluant ex labore decimam, isti verò soluant; quia in hac possessione sumus: & cõsuetudini standum. Sequuntur

Aut

,, *Aut praetenditur ratione Dogana ob introductionem*
,, *piscium, tamquam captorum extra mare territoriale*
324 *ipsius Ciuitatis, & multo minus debetur: Tum quia*
,, *nullo iure cautum reperitur, quod de rebus introductis*
,, *debeatur decima pars Episcopis, vel Parochis.*

Verùm si nos iure cautum ostenderimus de omnibus decimam deberi, suo illos mucrone confodiemus.

325 Et ne in longum sermonem protrahamus, quãdo totus ipse titulus de *decimis extra*. et in decreto Gratiani 16. *q.* 1. per multos Canones id luce probatur fulgidissima. Afferamus nunc Alexandri Tertij ad Archiepiscopum Cantuarien, eiusque suffraganeos, *in cap. peruenit* 5. *de decimis*. verba. sic enim ille.

,, *Mandamus* (inquit) *quatenus parochianos ve-*
,, *stros monere curetis, & si opus fuerit sub excommuni-*
,, *cationis districtione compellere, vt de prouentibus mo-*
,, *lendinarum, piscariarum, fęno, & lana decimas Eccle-*
,, *sijs, quibus debentur, cum integritate persoluant.* Sic ille de prouentibus piscariarum loquutus fuit. qui sanè prouentus pisces sunt, illi autem ex mare extrahantur, & ad terram ducuntur, consequenterq; introducuntur. Ex introducto igitur decima debetur. Iure ergo cautum reperitur ex introducto decimam deberi. Et quomodo Aduersarij nunc dicunt, id iure cautum non reperiri?

Accedat perpensioni huic *Gloss.* eodem *cap. peruenit* verbo *fœno*. quæ sequentibus rem hanc no-
326 ,, stram aperit. *De omnibus enim, quæ fidelis homo acquirit, debet soluere decimas. infra eodem ex trans-*
,, *missa. de venatione, & de militia* 16. *q.* 1. *decimas. & q.*
,, 7. *quicunque*. Ita Gloss. Cœlestinus verò Tertius in

al-

allegato à *Gloſ. in cap. ex tranſmiſſa 23. de decimis.* rationem reddens in peculiari illo caſu, quare ex molendino quoque decima debeatur. ſic fatur.

" *Quia fidelis homo* (inquiens) *de omnibus, quæ licitè*
" *poteſt acquirere, decimas erogare tenetur. Mandamus*
" *quatenus* H. *militem ad ſolutionem decimarum de his,*
" *quæ de molendino ad uentum proueniunt, ſine diminu-*
" *tione aliqua compellatis.* his Cœleſtinus.

327 De omnibus dixit. nihil ergo excepit, qui omne dixit. *cap. ſolitè 6. §. nos autem*, vbi etiam *Gloſſ. de maiorit. & obed. can. ſunt nonnulli 115. in fin. & ibi Gloſſ.* verbo *ſunt nonnulli. prima quæſt. prima. can adhuc inſtant. 32. §. & quod omnibus de poenit. diſt. 3. l. prima ff. de legat. primo*, *Rota apud S. memor. Gregor. XV. deciſ. 315. num. 11. & 12.* diximus *reſponſ. noſtra 32. num. 60. part. 3.* Quod autem acquiritur introducitur, in domum ſcilicet, ſiue in horrea inducitur. ex introducto ergo decima debetur, ac de omnibus, & omni fructu *d. cap. nuncios 6. & d. capit. non èſt 22. de decimis.* proſequiturque *Trullench. in moralib. tom. 1. lib. 3. de præcepto ſoluendi decimas. dub. 2. num. 2. & ſequen.* Iure ergo probatur ex introducto decimã debere ſolui. Perperã igitur noſtri loquuti ſunt Aduerſarij. Deficeret mihi ſanè tempus, & hora, ſi loca omnia referre vellem, ex quibus id apertiſſimè habetur. Sat itaque ſint, quæ detulimus.

328 Addunt & aliam rationem, effutientes. *Tum*
" *quia dicta Dogana eſt ius feudale, prout feudi etiam*
" *eſt ius ſcandagij, ſeu macelli, illaque exiguntur à mini-*
" *ſtris Principis feudatarij, qui poſtea ex tota maſſa inte-*
" *gra exactionis ſoluunt decimam* Epiſcopo, *& Capitulo,*
" *& iſta non ſoluitur* Epiſcopo *ratione introductionis, ſed*
" *tanquam decima pars illius fructus feudalis tantum, &*

non

non alias. At ex particulari priuilegio, ut supra dixi. Sic ipsi.

Nos autem aduersus eos sic argumentum stringimus. Dogana soluit nobis decimā ex fructibus illius; sed fructus Doganæ sunt ex solutione eorū, quę introducūtur. ex introducto ergo nobis decima soluitur. Soluitur autem Dogana ex omnibus, quæ introducuntur. ex his ergo omnibus introductis nobis decima penditur. Quemadmodum, & ex omnibus, quæ extra mittuntur, & extrahuntur ex dogana, nobis quoque decima soluitur, nostroque Capitulo. Ex introducto itaque, & extracto, quodcunque illud fuerit, decima nobis debetur, & in hac
329 possessione sumus. Audi (quæso) quid Constantia Boamundi Antiochiæ Principis vxor, Tarenti, Principatus Barij, & totius Apuliæ Domina anno Domini 1113. Ecclesiæ nostræ Sanctæ Mariæ indulserit, in priuilegijs.

,, *Concedo* (inquiens) *pro anima prædicti viri mei, &*
,, *mea, parentumque meorum, Sanctæ Mariæ Ecclesiæ Iu-*
,, *uenacensi quæ est Episcopatus, cūctam decimam rerum*
,, *illarum, quæ nostro iuri pertinent de introitibus nostræ*
,, *Ciuitatis* Iuuenatii; *videlicet de animatis, & inanima-*
,, *tis, mobilibus, frumento, ordeo, leguminibus, vino, oleo,*
,, *animalibus, de tributo etiam Ciuitatis, & affidatura*
,, *affidatorum præsentium, & futurorum.*

330 Parique modo Rogerius Siciliæ & Italię Rex
,, anno Domini 1134. *Concedimus* (cum Vrso Iuuena-
,, censis Ecclesiæ Episcopo loquens) *tibi, tuisque suc-*
,, *cessoribus, & Episcopatui Sanctæ Marię, cui Deo au-*
,, *ctore præsides, totam diœcesim suam, cum omnibus Ec-*
,, *clesiis suæ ditioni vbique pertinentibus: Decimas quoq.*
,, *redditunm omnium Ciuitatis nostræ Iuuenacentij.*

Ex

Ex omnibus ergo nobis decima soluitur. Et præter hæc quoque, ex piscibus decima diebus festis: & in hac sumus possessione. quod nec Aduersarij nostri diffitentur, nec possunt, cum ex omnibus decima debeatur, vt in superioribus ex sacris canonibus deduximus. Quæ ergo nunc dicunt, extra rem sunt omnia, quam exordiere. Ipsi enim institere, decimam ex piscibus non deberi diebus festis; quæ Vrbanus Papa sua Constitutione moderatus fuit, nunc verò diuertunt, vt totam ex piscibus decimam
331 obnuant. Qui igitur decimam ne soluant, detractant videant, ne & ipsi ad decimam reuocantur, iuxta Augustini sententia. *can. decimæ* 66. 15. *quæst.* 1. Nos autem in possessioue sumus exigendi. Qui autem ipsi prætendunt; petitionum (vt aliàs diximus) respiciunt. illud intentent. Manutenendi interim erimus, in qua reperimur, possessione.

332 Neque minus extra rem est, quam tractant, vltima, quam excogitauerunt, ratio: noo posse videlicet nos hanc decimam ex piscibus, quos ex parte illa Gargani montis piscatores deferrant, iurè habere; quia illa ex *d. cap. licet de ferijs* circa positis debetur Ecclesiis, & Christi pauperibus.

Porrò ipsi vsque nunc probaae nixi fuere (& si quidem non adhuc attigere) decimam hanc, quam nos exigimus, decimam haud esse, sed portionem illam vi *d. cap. licet*, quæ in compensationem soluitur transgressionis præcepti (*Sabbatha sanctifices*) vt eorum perbellis loquamur verbis; nunc verò ab illo recedentes, & eludentes, quin illudentes, cum quibus agunt, vt prudentiores omnibus videantur, neque hoc capite deberi nobis decimam contendunt. At minimè aduerterunt, pro nobis ipsos lo-

qui. Nam si hæc decima nequaquam nobis debetur ex *d.cap.licet*:quia nimirum illa Ecclesijs circũpositis, Christique pauperibus solui debet:Cum vtiq; soluitur nobis;& in hac possessione sumus exigendi. Non vtique soluitur dicti *cap. licet* intuitu; sed intuitu decimæ formalis, vt probauimus.

Decima est ergo. Ex aduersariorum proinde sententia, diebus festis, ex Vrbana constitutione mo-
333 deratis, debetur nobis. Quoniam constitutio præceptum dumtaxat moderatur, non decimæ debitum. Contra se ipsos ergo, & ipsi sunt. Veritate sic eos extimulante, quam tandem negare nec potuere. Conferant proinde manus, ac cedant, victique recedant.

334 Alioquin contradictoria dũo (*est*, *& non est*) eodem tempore in eodem admittent subiecto, quod minime esse potest; quamuis ipsis, qui noua faciunt omnia, firma esse poterint. præter philosophos, & euidenti ratione, probatur. *can. quia radix*. 13. *de paenitẽt.dist*.2.*can.gratia* 1.*in fin.& ibid. Gloss.* verbo *testante*.1.*q*.1. *Gloss. in can cum humilitatis*. 9. *in fin*, verbo *falsitas*.22.*q*.2. quia non inter se conueniunt,
335 sed pugnant. *Gloss. in can. quodcunq* 6. verbo *in Iuda*.24.*q*.1.

Neque tandem, (vt ad portum applicemus turbinibus discussis concussam, agitatamque nauiculam) obstaculum nobis faciet, quod distinctione facta limitũ dioecesis per mare, ex piscibus, qui extra limites comprehẽdentur, decimam ne vtiquam nobis deberi contendunt.

336 Nimirum, quia mare comune est omnibus naturæ lege; quam ob causam omnibus quocumque
„ loco in mari piscari licet. *Et quidem* (Imperator §.

& quidem naturali iure. institutionibus de rerum
„ *diuisione* loquitur) *Naturali iure comunia sunt om-*
„ *nium hæc, aer, aqua profluens, mare, & per hoc littora*
„ *maris*. paribusque verbis Martian. lib. 3. institutionũ, in *l. quadam naturali 2. ff. de rerum diuis.* Et *Gloss.* vtroque loco. verbo *littora*, in additionibus addit: *Mare comune esse, quoad vsum, non quoad proprietatẽ.* licebit propter hoc in mari, quocumque & eius loco, cuique piscari. nulla ergo in mari dabitur limitum, terminorumque finitio, conclusioue.

337 Deinde, quod non hic de administratione agatur sacramentorum, neque lis est nobis cum aliis aliarum adiacentium Ciuitatum Episcopis, quin magis in hoc concordia vtimur, & vnitate, vt nulla limitum, siue confinium disceptatio intercedere valeat. *ad tex. in cap. super eo 4. de paroch. & in can. quicunque 4. & can. licet 5. & can. inter memoratos 6. 16. q. 3.* quos textus satis perpendimus *respons. nostra 11. à num. 36. cum seq. part. 3.*

338 Præteréa, quia exceptio hæc, Iuris est tertij, quę nullo admittitur pacto, vt piscatores à solutione se eximant decimarum, vt in superioribus quoque deduximus.

339 Demum, quod nouum non est (vt consuetudine quoque permittatur) ex fructibus in alieno territorio collectis decimam deberi, ac solui. vt sequuta fuit *Rota in vna Canrien decimarum apud Tholomæum decis. 954. par. 3. lib. 3. diuersorum*, & apud *Paceum decis. 154. lib. 1. & Achillem de Grassis decis. 3. num. 3. & 4. de decim.* & sequuta fuit eadem Rota apud *Cardin. Caualer. decis. 73. num. 3.* sequiturque *Borrellus in summa omnium decisionum par. 1. tit. 19.*

440 *de decimis nu. 62.* Quæ planè consuetudo contra

ius

sius cum sit minimè, decem spatio annorum inducta videtur, idque sufficit, vt dixit *Rota apud eundem Card. Caualer. d. decis. 73. nu. 3.* Nos verò in hac possessione ab immemorabili sumus; sicut & omnes alij circumadiacentium Ciuitatum Illustrissimi Episcopi; nec Aduersarij diffitentur. In possessione ergo manutenendi. vti hucusque sumus, nostrique
341 fuere prædecessores. Quid enim mutabimus, quod stare non prohibetur? ad *tex. in l. sancimus 27. C. de testam.*

Prostrauimus tandem, vicimusque bestiam, im-
„ mane mostrum, quæ insurrexerat, hydram. Cante-
„ mus itaque Canticum Moysi serui Dei, & Canticū
„ Agni, dicentes: *Magna, & mirabilia sunt opera tua*
„ *Domine Deus omnipotens; iusta, & vera sunt via tua,*
„ Rex *sæculorum. Quis non timebit te Domine, & ma-*
„ *gnificabit nomen tuum? Quia solus pius es; quoniam*
„ *omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo,*
„ *quoniam iudicia tua manifesta sunt.* Apocalips. 15.
3. & 4. Eius namque præcidimus horrenda capita; spiritualis quod decima non esset, nec sacramentalis, magis autem portio illa in compensationem transgressionis præcepti (*Subbatha sanctifices*) debita, quæ cessarit diebus illis festis ex Vrbana constitutione moderatis; nec illam deberi ex piscibus ad Gargani montis mare expiscatis, & adductis; debere proinde nos cum toto Catholichismo sentire, (si ipsi illi sunt) atque decimas diebus prædictis moderatis exigere nos retinere.

Mel inuenerunt Aduersarii. ne multum come-
342 dant, ne forte exatiati euomant illud. *Quoniā vin-*
„ *dex est Dominus de his omnibus.* Apostolus vt admonet Paulus 1. *ad Thessalonicens. 4. 6.*

343 Meminerint; Thomam Vaccium Patauinum, generis nobilitate, atque diuitijs conſpicuum, decimas ſoluere nolentem, à Sancto Bellino Epiſcopo communione priuatum fuiſſe. In rabiem ille actus propria manu ſanctum Virum Epiſcopum obtruncauit, martyremque reddidi; ſed breui, in pauperiem, maximamq. miſeriam deueniſſe; ipſum & ſuā poſteritatē, ac demū in peccatis permanētē
344 ad inferos præcipiti ruina deſcendiſſe. Vnde non exiet, niſi nouiſsimum redideris quadrantem.
„ *Amen dico tibi* (Chriſtus Dominus *Matth.* 5.26. con-
„ teſtatur omnibus) *non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem.* Sed quando redderis? neque in æternum. In æternum igitur in tormentis permanebis, nec inde exibis. *Et ibunt hi in ſupplicium ater-*
345 *num.* Matth. 25.46. In quo quos.

„ *Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.*

cum Vermiglio dicamus 6. Aenied.

Acerbiſſimis vexabunt poenis deformiſſimi dœmones. hæ heù.

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq. centum.
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina poſſem.

346 Qui ergo habet aurem, audiat, quid ſpiritus di-
347 cat Eccleſiis. *Apoculip.* 2.*xi.* Sancti huius martyris Bellini meminit Eccleſia in Martyrologio Romano die 26. Nouembris.

Atque ita ex his, iudicio non abiecto meliori, ſanioriquc Eccleſiæ noſtræ Santæ Mariæ iura tuentes, reſpondendum cenſuimus. hac ipſa omnia Sanctæ Matris Eccleſiæ iudicio ſubiicientes, ſummittentes, dantes.

Carolus Maranta V.I.D. Epiſcupus Iuuenacen.

348 Cau ſa

348 Causa hæc per plures menses dilata, quod ex negotiorum multitudine (vacante sede) non esset locus Eminentissimo Facchenetto eam proponendi, post dicti Eminentissimi ex vrbe ad Senogalliensem Ecclesiam discessum, me etiam ex vrbe discedente mandato Sanctissimi D. Innocentii Papæ X. Eminentissimo de Queua, Domino meo, commissa fuit. Quo tandem, Die 31. Martii currentis anni 1645. causam proponēte, Sacra Congregatio, re maturè discussa, auditisque partibus, prouidit. *Pro Piscatoribus nihil rescribendum*. Decretum autem hoc ad calcem eorum suplicis libelli me instante extensum, hic describere è re satis nostra, nostræque Ecclesiæ visum fuit. permanebit nempè in æternum pro nostris quoque successoribus.

Emi-

Eminen.e Reuer. Signori.

349 MOnsignor Maranta Vescouo di Giouenazo humilissimo seruitore dell'E.VV. humilmente gl'espone, come per parte de' poueri Pescatori di Giouenazo fù fatta instanza in Congregatione sopra il non pagare la Decima del pesce nelli giorni festiui di diuotione, se non in riguardo della Bolla d'Vrbano sopra la moderatione delle festi, & altri capi, come nell'accluso memoriale, quale essendo stato commesso al Cardinale della Queua, e proposto nella Congregatione delli 31. Marzo, & essendo stato risoluto à fauore dell'Oratore con vno, *Nihil*, all'instanza di detti poueri pescatori: supplica però humilmēte l'E.VV. à stenderli il decreto, acciò possa apparire à perpetua memoria, &c. che'l tutto, &c.

Eminen. e Reuer. Signori.

LI Pescatori di Giouenazzo per sostentare le lor pouere fameglie hanno sempre pescato, e pescano in tutti i giorni non impediti da borrasche, e fortune di mare, si feriati, e lauoratiui, come festiui di precetto: in quelli liberamente, e senza grauezze, ne peso veruno. Et in questi con pagare alli Vescoui pro tempore la decima parte del pesce preso: e così s'è osseruato quietamente da tanto tempo, che non c'è memoria d'huomo in contrario. A segno che detti Vescoui nelli giorni feriati, e lauoratiui non hanno preteso, ne meno potuto pretendere cos'alcuna, stante che in detta Città, e suo territorio non si sono mai pagate, ne si pagano decime personali, e prediali, ne si può, e deue credere, che la decima del detto pescato ristretto nelli detti giorni festiui di precetto solamente, sia fondata nel *cap. licet de feriis*. non potendosi addur raggione per la quale se fusse decima prediale, ò personale tanti Vescoui non haurebbero trascurato prenderla in tutti i giorni indifferentemente.

Hora Eminentissimi Signori hauendo la fel. mem. di Vrbano Ottauo con sua particolar Constitutione ridotti à giorni feriati, e lauoratiui molti giorni, che per prima erano festiui di precetto, si com'è noto. Mõsignor Marãta moderno Vescouo di detta Città asserẽdo che detto Pontefice in detta Constitutione non habbia inteso pregiudicare alla sua Chiesa; quasi che la medesima Constitutione, ancorche legge vniuersale per tutta la Christianità, per detta sua Chiasa debba riceuere intelligenza speciale di-

diuersa dal rimanente di tutt'il Cattolichesmo, pretende, che detti miserabili pescatori deuotissimi creati dell'EE.VV. siano obligati pagarli la decima di pesce preso, e che si prenderà in quei giorni festiui, che nella detta Constitutione sono stati dechiarati feriati, e lauoratiui.

In oltre li ministri del detto Vescouo, forsi senza sua saputa, il più delle volte in vece di detto pesce, pretendono danari, valutandolo con tal rigore, che importa più la decima, che il ritratto di tutto il pesce.

Di più sogliono detti oratori andare à pescare nel mare del Monte Gargano, alias di S. Angelo, lontano da quello di Giouenazzo per centenara di miglia con interpositione di cinque, e forsi più diuerse diocesi, con esporsi à grauissimi pericoli, e di borasche, e di turchi, & al loro ritorno esso Vescouo pretēde astringerli sotto pena di scommunica à denunciarli la quantità del pesce preso nelli giorni festiui di precetto nel mare di detto Monte per faruili pagar la decima.

E perche Eminentissimi Signori la prima pretensione è troppo ingiusta, atteso che la determinatione delli giorni festiui, e non festiui non è de iure diuino, mà spett'al Pontefice priuatiuè ad ogn'altro, e particolarmente alli Vescoui, come dottamente ferma il *Suarez de virtute, & statu Religionis lib. 2. de sacrosanct. seu dierum festorum obseruatione, & praecept. cap. 2. & 3.* E però hauendo voluto, e potuto detto Pontefice far detta legge vniuersale; non può, ne deue il detto Vescouo impedir indirettamente il total'effetto dell'osseruanza d'essa Constitutione sotto pretesto del pregiuditio della

sua

ſua Chieſa; mà riuerentemente riceuerla, obedirla, & eſeguirla: e credere, ch'il Papa ſia più patrone delle Chieſe, che non ſono li proprij Veſcoui, eſſend'eſſi ſemplici miniſtri inferiori, e ſubordinati ad eſſo Pontefice.

E piu ingiuſta è ancó la ſeconda atteſo, che hauendo Clemente Terzo ordinato nel detto *cap. licet de feriis*, che li paghi la portione congrua del peſce preſo, ſtabilite nella detta decima parte, non poſſono li miniſtri del Veſcouo pretendere diuerſamente nell'ordinato nel detto Canone.

Et ingiuſtiſſima è anco la terza, atteſoche la detta decima conforme diſpone il detto Canone, con la detta gloſſa nella parola eccleſiis. è douuta à quelle Chieſe nel cui territorio ſi prende il peſce, e non ad altro.

Per tanto eſsi oratori ſupplicano humilmente l'EE. VV. à farli gratia ordinare al detto Veſcouo, che deſiſta dalle dette pretenſioni, con laſciarli viuere con detti lor ſudori, e ſtenti, che oltre è di giuſto lo riceueranno à ſomma gratia dall'EE. VV. quas Deus, &c.

350 *Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & Conſultationibus Epiſcoporum præpoſita Eminentiſſimo de Queua referente, auditis partibus, & re maturè diſcuſſa, cenſuit: Petitionibus Piſcatorum nihil eſſe reſcribendum. Romæ 31. Martij 1645.*

M. Cardinalis Ginettus.

Loco † Sigilli.

H. Archiepiſcopus Patracenſis ſecretarius.

351 Seu festorum tabella, quæ in Vrbe Roma, tùm ex præcepto, tùm ex deuotione seruantur, post Vrbanam constitutionem, & antè illā seruabantur, & quæ ex præcepto in toto Orbe.

FESTA

Vbique obseruanda ex præcepto S.R.E.

Ianuarius habet dies 31.

1 Circuncisionis Domini.
6 Epiphaniæ Domini.

Februarius habet dies 28. & si erit bisextus, 29.

2 Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
24 S. Matthiæ Apostoli. & in anno bisextili celebratur die 25.

Martius habet dies 31.

19 S. Ioseph Confessoris.
25 Annunciationis B. Mariæ Virginis.

Aprilis habet dies 30.

25 S. Marci Euangelistæ.

Maius habet dies 31.

1 S. Philippi, & Iacobi Apostolorum.
3 Inuentionis S. Crucis.

Iunius habet dies 30.

24 Natiuitatis S. Io. Baptistæ.
29 SS. Petri, & Pauli Apostolorum.

Iulius habet dies 31.

25 S. Iacobi Apostoli.
26 S. Annæ matris B. Mariæ Virginis.

Au-

Augustus habet dies 31.

10 S. Laurentij martiris.
15 Assumptionis B.M. Virginis.
25 S.Bartolomei Apostoli.

September habet dies 30.

8 Natiuitatis B.M. Virginis.
21 S.Matthei Apostoli, & Euangelistæ.
29 Dedicationis Sancti Michaelis Arcangeli.

October habet dies 31.

4 S. Francisci Confessoris.
28 SS.Simonis,& Iudæ Apostolorum.

Nouember habet dies 30.

1 Omnium Sanctorum.
11 S.Martini Episcopi, & Confessoris.
30 S.Andreæ Apostoli.

December habet dies 31.

21 S. Thomæ Apostoli.
25 Natiuitatis Domini.
26 S. Stephani Protomartiris.
27 S.Io.Apostoli,& Euangelistæ.
28 SS.Innocentium martyrum.
31 S. Siluestri Papæ, & Confessoris.

Festa mobilia.

Dominicæ omnes totius Anni.
Pasca resurrectionis Domini.
Ascensio Domini.
Pentecostes.
Corpus Christi.

A. Torniellus Vicesgerens.

FESTA

Quæ non ex præcepto, sed ex deuotione in Alma Vrbe Romana obseruari solent.

Iannarius habet dies 31.

17 S. Antonij Abbatis.
20 SS. Fabiani, & Sebastiani martirum.

Februarius habet dies 28. & si erit bisextus 29.

Martius habet dies 31.

9 Sanctæ Franciscæ Romanæ viduæ.

Aprilis habet dies 30.

Maius habet dies 31.

Iunius habet dies 30.

Iulius habet dies 31.

22 S. Mariæ Madalenæ.

Augustus habet dies 31.

1 S. Petri ad vincula.
4 Dedicationis S. Mariæ ad niues.
16 S. Rocchi Confessoris.
29 Decollationis S. Ioannis Baptistæ.

September habet dies 30.

October habet dies 31.

Nouember habet dies 30.

4 S. Caroli Episcopi, & Confessoris.
25 S. Catherinæ virginis, & martiris.

December habet dies 31.

8 Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
13 S. Luciæ virginis, & martiris.

A Tornitllus V. gerens.

Romæ, Ex Typographia R.C.A. 1634.

Feste di precetto per tutto il mondo.

Gennaro ha giorni 31.

1 Circoncisione del Signore.
6 Epifania del Signore.

Febraro ha giorni 28. e quando è bisesto 29.

2 Purificatione della Beatissima Vergine.
24 S.Matthia Apostolo, e nell'anno bisesto si celebra alli 25.

Marzo ha giorni 31.

19 S.Gioseppe Confessore.
25 Annunciatione della Beatissima Vergine Maria.

Aprile ha giorni 30.

Maggio ha giorni 31.

1 SS.Filippo, e Giacomo Apostoli.
3 Inuentione della Croce.

Giugno ha giorni 30.

24 Natiuità di S.Gio.Battista.
29 SS.Pietro, e Paolo Apostoli.

Luglio ha giorni 31.

25 S. Giacomo Apostolo.
26 S.Anna madre della Beatissima Vergine.

Agosto ha giorni 31.

10 S. Lorenzo martire.
15 Assuntione della Beatissima Vergine.
25 S. Bartolomeo Apostolo.

Settembre ha giorni 30.

8 Natiuità della Beatissima Vergine.
21 S.Matteo Apostolo, & Euangelista.
29 Dedicatione di S.Michele Arcangelo.

Ottobre ha giorni 31.

28 SS. Simeone, e Giuda Apostoli.

Nouembre ha giorni 30.

1 Tutti Santi.

30 S.Andrea Apostolo.

Decembre ha giorni 31.

21 S. Tomaso Apostolo.

25 Natiuità del Signore.

26 S.Stefano Protomartire.

27 S.Gio.Apostolo, & Euangelista.

28 SS.Innocenti.

31 S.Siluestro Papa, e confessore.

FESTE MODERNE.

Feste di deuotione particolari dell'alma Città di Roma.

Gennaro ha giorni 31.

17 S. Antonio Abbate.

20 SS.Fabiano, e Sebastiano Martire.

Febraro ha giorni 28. e quando è bisesto 29.

Marzo ha giorni 31.

9 S.Francesca Romana.

Aprile ha giorni 30.

25 S.Marco Euangelista.

Maggio ha giorni 31.

Giugno ha giorni 30.

Luglio ha giorni 31.

22 S. Maria Madalena.

Agosto ha giorni 31.

1 S.Pietro in vincola.

5 Dedicatione di S. Maria della Neue.

16 S.Rocco Confessore.

29 Decollatione di S.Gio.Battiſta.

Settembre ha giorni 30.

Ottobre ha giorni 31.

4 S.Franceſco Confeſſore.

Nouembre ha giorni 30.

4 S.Carlo veſcouo, e Confeſſore.
11 S. Martino veſcouo, e confeſſore.
25 S.Catarina vergine, e martire.

Decembre ha giorni 31.

8 Concettione della Beatiſsima Vergine Maria.
13 S.Lucia vergine, e martire.

Feſte mobili di precetto come ſopra.

Domeniche di tutto l'anno.
Paſqua di reſurettione del Signore con li due giorni ſaquenti.
Aſcenſione del Signore.
Pentecoſte con li due giorni ſequenti.
Corpus Domini.

I*o*.B.*Epiſcopus Camarinen V.gerens.*
Ioſephus Palamolla *Secretarius*.

In Roma nella Stamparia della R.C.Apoſt. *1643*.